

possibile, quod iudex malè declarauit: & ideo à declaratoria permittitur appellari: licet non appellaretur à sententia: secundum Abb. in c. si. col. v. de iura. cal. Item, potest innouare iudex absoluendo à excommunicatione, non obstante appellatione: secundum Abb. & Phil. in c. qua fronte. & c. quaestio. de ap. etia si appellas non renouat appellatio: rationi: vbi habetur. * Ite, prædicta intellige, quando quis appellata à sententia excommunicationis iam lata. Secus, quando appellatur à futuro graamine, & sic à censura futura: quia tunc excommunicatio postea lata, est ipso iure nulla. text. est & ibi Abb. & Philipp. in j. no. in c. dilecti. el. ij. de app. & in c. solet de sen. excō. lib. vj. & Ang. in consi. clxxxvij. quod procedit etiam in appellatione extra iudiciali: vti in 71 cap. dilecti. * Sexto limita non procedere, quando appellatio esset manifestè friuola & frustratoria: interposita contra leges quia tunc ea non obstante potest iudex procedere ad executionem & innouare: dāmodo non deferat appellatio, ex quo sustituta non defert tali appellationi: vnde habet effectū suspensiuum text. est in cap. cum appellationibus. de appell. lib. vj. & ibi Gemi. & Ab in c. cosuluit. el. iij. de appell. & Spect. in tit. de app. §. nunc dicamus. versic. item, appellatione pendente &c. & Soc. in consi. xxxij. col. vj. in iij. vol.

ad quod facit text. in l. tutor. ff. de vsur. & quod not. gloss. Bart. & doct. in l. ij. C. de vsur. rei iud. & Soc. in con. lxxvi. co. ij. in j. vo. in quibus locis habetur, quod quando appellatio est frustratoria non impedit cursum vsurarum & tempora currēt à prima sententia perinde, ac si appellatum non esset. * Septimo limita non procedere in omnibus casibus in quibus de iure appellati non licet: quia tunc appellatio non suspendit effectum sententiae: & potest iudex à quo innouare secundū in. in c. pastoralis. de offi. deleg. & est gloss. in versic. casibus in canon solum. de app. lib. vj. & toto tit. C. quo app. non recip. & Baldus, in c. sancimus. col. j. quo temp. mil. quod tamen limita nisi in talibus casibus, prohibitis appellans allegaret aliquam iustā causam, ex qua debet admitti eius appellatio: quia tunc iudex tenetur eius appellatio de ferre: & non debet interim innouare. glo. est in cap. Romana. §. si autem. & ibi Gemi. in fin. de appell. lib. vj. & Lud. Rom. in cōs. cccxxij. & Abb. in c. cosuluit. el. 173 iij. in j. no. de appell. * Et sub ista fallētia potest inquiri appellatio à possessore: quæ non retardat executionem, per ea, quæ plenè non Bal. in l. j. C. si de momē. post. sue. app. & Angel. in consi. cvij. 174 * & similiter appellatio à decreto affirmatiuo, prout est, quādo iudex concedit absintentiā vigore instrumenti: quia à tali dectē

decreto nō appellatur in regno: sicut ad effectum retardandæ executionis: per ritū magnæ curiæ vicarij: sed de nullitate dici potest: & talis nullitas opposita, retardat executionem. vt est regula prag. quæ incipit, magnæ curiæ. & vide decis. clxj. consil. 175 Neapol. * Octauo limita non procedere in factis notorios: nam in illis appellatio non suspendit executionem secundum Old. in consil. xvij. colum. ij. & Lud. Ro. in cons. cccxxij. & per doc. in c. cum sit Romana. §. prater eā. de appe. & gl. in c. Romana. §. si autē in versic. casibus. de appli. vj. 176 * Hinc dicimus quod notoriè criminiosus nō auditur appellā: & eius appellatio non suspendit: vt habetur in c. propositū. de appellatione & in d. si autē. & Spe in titu. de noto. crimine. §. j. versic. 177 quid hi auditis. &c. * Nonō limita non procedere, quando ritetur de dilapidatione fructū quia potest iudex etiam pendente appellatione, fructus sequestrare l. imperatores. §. si. fi. de de appellat. &c. fin. de seq. pos. & fruc. & no. Spe. in tit. de app. §. & nouissimè. in prin. & habetur in l. ab exco. reo. C. quo app. non recip. & per Philip. in c. cum teneamur col. iij. de appell. Sed per quem iudicē fiat hæc sequestratio: quicquid dicat Barro. in d. l. imperatores, dic quod communis conclusio est, quod si petitur ante, quā appellatio sit presentata iudici ad quē, & per eum

recepta. debet fieri per iudicem à quo. sed si postea, debet fieri per iudicem ad quem. ita tenent Io. An. & Abb. in d. c. fina. in fine. & Phil. in c. cum teneamur col. iij. de appell. & Alex. in addit. ad Barto. in d. l. imperatores. §. fina. 188 * Decimō limita non procedere in eo, qui detinetur in carcere pro crimine, pro quo fuit cōdemnatus, quia licet appellet à sententia: tamen adhuc potest detineri: & sic iudex à quo innouat detinendo in futurum: & non liberat ipsum: not. Baldus in l. ij. versic. sed incidit. reo. C. de epis. audi. & Spe. in tit. de appell. §. nouissimè colum. j. versic. tertius &c. & Alex. in addit. ad Barto. in l. j. si de cust. reo. & Bart. in l. ab executione. C. quo. app. non recip. & vide in l. eos. §. super his. C. de app. & in l. minimè. eo. 179 ritu. * & si iste carceratus esset remittendus ad iudicem appellationis, debet mitti cum custodiibus ad expensas ipsius carcerati. secundū Bal. in l. generali. ter. §. his de presentibus. C. de reb. cred. * Vndecimō limita nō procedere, quod ad impediendā absoluionem ab excommunicatione, non obstante appellatione. text. est & ibi Abb. in tertia colum. & Phil. & Card. in 181 c. qua frōie de app. * Duodecimō limita, vt non possit iudex appellatione pendente innouare contra appellāntem: sed pro eo potest innouare: secundum Inn. in c. quia propter de elec. & Soc. cip.

cin. in conf. xlv. colum. iij. in fi. j.
 182 vo. ¶ Decimo tertio limita non
 procedere, quando sententia fuit
 lata contra possessorem beneficii
 in curia Romana, quia tunc inter-
 rim si fuerit appellatum, benefi-
 cium sequestratur per ordinari-
 um loci. iuxta ele. j. de seq. pos.
 & fruct. nam tunc etiam si ab or-
 nario appelletur, potest interim
 procedere ad sequestrum, non
 obstante appellatione: secundum
 183 Car. in d. cle. j. in ix. not. ¶ De-
 cimo quarto limita, quando ap-
 pellatus attentaret aliquid in
 prauidicium appellationis. nam
 potest iudex à quo, se intromitte-
 re & reparare, non obstante ap-
 pellatione pura, si appellans tur-
 baretur in possessione per ad-
 uersarium appellatione pendente
 tunc potest iudex à quo, reformare
 sibi possessionem. casus est
 in eum teneamur, & ibi Abba,
 in fin. colum. & per alios docto.
 184 ibi de app. ¶ Decimo quinto
 limita non procedere in eo, cui
 factum est mandatum, vt veniat
 ad residendum in loco beneficii,
 quia si interim appellat, potest iudex
 à quo, pendente appellatione,
 ponere vnum substitutum in
 dicto beneficio: qui interim nutri-
 etur de fructibus illius benefi-
 cii, tex. est in c. peruenit. el. ij. de
 185 app. ¶ Decimo sexto limita ge-
 neraliter: quia iudex à quo, potest
 pendente appellatione attingere
 omnia illa, quae tendunt ad facili-
 orem exitum causae appella-
 tionis: dummodo se non impe-

diat de ipsa appellatione. ita tenet
 Abb. per illum tex. in c. ex li-
 teris de matru. contracto c. in-
 terdi. ecclesie. & in c. cum teneamur.
 186 mur. in f. nota. de app. ¶ Decimo
 septimo limita non procedere,
 quoad taxationem expensarum:
 quia iudex à quo potest pedere
 appellatorem expensas, ad quas
 condemnatur: quia non dicitur inno-
 tuare: sed potius declarare pronun-
 tiata. ita tenet Lopus in allega-
 tionibus suis, in alleg. lx. iij. iudici.
 187 in c. matrimonialia & c. ¶ Decimo
 octavo limita non procedere
 contra administratorem aliquis
 loci pii: qui si fuit condemnatus
 ad reddendum rationes, & ap-
 pellauit: potest interim iudex à
 quo, ipsum costringere ad reddendum
 rationes, non obstante appellatione
 pulchre tenet Ang. in §. economos.
 in fin. in auth. de san. episc.
 188 ¶ Decimo nono limita, nisi ap-
 pellationis sit defersa: quia tunc non
 obstante appellatione iudex à quo,
 potest procedere ad executionem: quia
 habetur ac si appellatum non esset.
 vt est decisum hodie in regno per
 189 cōstiti. appellationum tempora. ¶ Ve-
 rum super illo dubio, an iudex à
 quo, pronuntiet defersa: vel iudex
 ad quem: scias, qd si appellatio de-
 ferta efficitur ex nõ sequutione,
 siquidem nunq sit aditus iudex
 ad quem, & nullus actus est factus
 coram eo: & tunc non est opus alia
 pronuntiatione: quia pars appellata
 potest adire iudicem à quo, vt senten-
 tia exequatur: & si ille videt lationem
 terminum iuris vel hominis
 ad

ad prosequendum, pronuntiat
 illi defersa, & cõdenabit appel-
 lantem ad expensas: & ob hoc est
 vile, vt pronuntietur, propter
 condonationem expensarum: secundum
 Abb. in c. sepe. col. iij. de app.
 Verũ potest si vult, exequi sine
 alia pronuntia: & hoc etiam est
 vile, vt causa citius expediat,
 ne detur materia vterius appel-
 landi. Si verò fuit aditus iudex
 ad quem, & appellatio fuit cor-
 ram eo introducta, & tunc ipse
 debet pronuntiare super delatione:
 & non iudex à quo. ita di-
 stinguunt notabiliter Philipp. in
 c. ex ratione. col. xix. in fi. vtrius.
 circa septimum, & de appell. &
 Fely. in c. ex parte. el. ij. col. vij. in
 fi. & seq. col. penulti. de refcri.
 Adde tex. & ibi Bal. in l. si con-
 tra. & in l. precipimus. §. officium
 C. de app. & ibi per Barto. ad de-
 etiam Alexan. in l. praes. ff. de
 190 re iudi. ¶ Et quod possit appel-
 latus à sententia, per qua pronun-
 tiatur, appellatione esse defersam:
 tenet Philipp. in d. cap. ex ratione.
 col. xij. ver. circa nonũ, & c. vnde
 causa vitandi appellatione, cauti
 est, vt iudex à quo, exequatur sine
 alia pronuntia in diebus ad quem:
 vt declarat plene Philipp. in d. ca. ex ratione. col.
 antep. in fi. & colum. penult. &
 Ange. in cõst. cxl. & Bal. in cõst. in
 191 cccxc. in iij. volumi. ¶ ho die tamẽ
 communiter seruat in regno,
 qd quãdo est defersa appellatio,
 quae erat introducta coram
 iudice ad quem, solet pars

appellata adire iudicem ad quem,
 & instare, vt rescribat iudici à
 quo, vt exequatur sententia, ex
 quo appellatio est defersa: qui
 iudex ad quem, reuiso calendario,
 processus, si liquet sibi ex eo,
 quod appellatio est defersa, nõ
 facit aliam pronuntiam, nisi quia
 rescribit per literas iudici à quo
 vt sententiam exequatur, ex quo
 liquet sibi appellationem esse de-
 fertam. & sic iudex à quo, ad li-
 teras iudicis ad quem, exequitur
 sententiam. & ista est cõmunis
 practica: quã vidi seruari in hoc
 regno: & tenet Andr. de Yser. in
 cõstit. appellationum tempora.
 col. iij. in prin. & ibi etiã Matth.
 192 in v. col. in prin. ¶ Imò quãdo
 iudex ad quem, pronuntiat appella-
 tionem esse defertam, nõ requiritur
 citatio partis: secundum
 Philipp. in cap. sepe. col. vij. de ap-
 pel. & est hodie cautum in regno,
 quod sit decretũ qualiter
 est defersa: sed nõ legitur: vt est
 ritus magna curiæ, in num. 229.
 incip. item seruat ipsa curia, & c.
 sub rubrica, de appellationibus,
 193 ¶ Vicesimo limita non proce-
 dere in sententia lata contra officialem
 in syndicatu: quia nõ suspenditur
 per appellationem vt est regia
 pragmat. quae incipit, regia
 dignitati. quod intellige de
 diffinitiuas: sed ab interlocutoria
 & grauiamine incidit potest
 appellari: secundum Paris. in tracta.
 synd. in vers. appellatio. colum.
 vij. Item, à sententia ferenda potest
 appellari: secundum Paris.
 p. ibid.

394 ibidem. col. vij. in fi. ¶ Vicesimo primo limita nō procedere quādo iudex a quo, vult statuerē terminū appellanti ad nō sequendum, vel ad se repræsentandum coram iudice ad quē: nam licet pendente appellatione censentur ligatæ manus iudicis: non tamē censentur ligatæ quō ad hoc. quia potest iudex a quo, statuerē terminum competerem: & breuiare tempus iuris: infra quem terminū si appellans non se præsentat iudici ad quē, vel non prosequitur appellationē, remanet appellatio deserta: & potest sententiam exequi. text. in ca. personas. & ibi Abbas, & Phil. & in c. cum sit Romana, & in c. oblatæ, & in ca. reprehensibilis. & in cap. sapie. de appel. & Spec. in tit. de appella. §. nouissimē. vers. xv. & versu. xvj. & Card. in cle. j. in xxij. q. de appel. & Barto. in l. præf. c. de appell. In hoc tamen v. vis ferre- qualem terminum potest iudex adsignare appellati: vide notabiliter Philip. in d. ca. personas. colum. ij. de appell. vbi declarat nouem modos dandi terminū in hac materia. Et primus est, ad iter triplicium ad iudicē appellatiōis: quē termin. in dat. iudex a quo. c. peruenit. el. ij. de appella. Secundus est, ad se præsentandū coram iudice ad quē: est iste similiter dari potest: vti de e. personas. Tertius est terminus ad se præsentandum cum apostolis. de hoc habetur in d. l. præ-

ses. & ibi per Bal. & hic similiter dari potest, vt ibi. Quartus est terminus ad recipiendum Apostolos pectos: nā potest iudex a quo, statuerē certum terminū appellati, infra quem debeatur capere Apostolos: quo elapso si non recipit, appellatio est deserta: vt in cle. ij. de appel. Quintus, est terminus ad prosequendam appellationem: & iste etiam dari potest. c. cum causa. de re iud. & cap. ad hæc. el. ij. de appella. quicquid tulerit Barto. in d. l. præf. cuius opin. in hoc reprobat. Sextus, est terminus ad se præsentandū & redeundū cum literis imperatris. & hoc fieri nō potest per iudicem a quo: quia esset imponere legem superiori. capitu. ex insinuatione. & ibi Abb. de appel. Septimus, est terminus ad presentandū vel prosequendum, & faciendū fidem de ipsa prosecutione. & hoc minime fieri potest ad faciendum desertam: appellationē elapso termino: alius terminus est ad finiendum appellationem coram iudice ad quem, & hoc minime fieri potest: quia imponeret legem superiori: vt d. c. ex insinuatione, quæ omnia prosequere, vt per Philip. in d. ca. personas. 195 de Rot. xciiij. in nouis. ¶ Vicesimo secundo limita: quia iudex a quo, potest pendente appellatione examinare testes senes, vel validudinarios ad perpetuū rei memoriam: & non dicitur innouare, ita per plura tenet Matth.

de

de afflict. in const. probationum in cursibus. col. ij. in fi. ¶ Secundam regulam principalem, scilicet de appellatione ab interlocutoria, limita primō non procedere, quando fuit iudici a quo, inhibitum per superiorem: quia tūc nō potest ulterius procedere in illa causa: vt est text. in d. cap. non solum. de appel. lib. vj. & not. Ange. in consil. ccxvij. Quod tamen intellige, quando inhibitio fuit legitime interposita, & cum causæ cognitione, & parte citata. nam quādo est appellatum in casu, in quo nō debuit appellari: vel quia causa est iniusta, vel appellatio est frivola, & frustratoria: tunc nunquā debet iudex ad quē, inhibere, nisi prius adhibeat causæ cognitionē super iustitia appellationis: aliās inhibitio non valet: vt not. Spec. in titu. de appel. §. de offic. vers. sed queritur. & Fel. in c. dilectus. el. ij. col. penult. de rescri. Pro hoc tenet in c. Romana. §. si verō. & §. si autem. & ibi Gemi. de appella. li. vj. Item, qd debeat fieri parte citata inhibitio, aliās non valet: tenet Alex. in consil. xj. col. penult. in ij. volum. & Franc. de Aret. in consil. xx. colū. penult. vers. circa secundum. & c. cōsil. xxiiij. colū. iij. & Alexā in l. Titia. in fi. ff. soluto matrim. Vbi dicit hanc esse communem opin. & idem Alex. in l. iij. §. condemnatum. colum. iij. in fi. ff. de re iudica. & Alexan. in consil. x. in iij. vol.

& las. in l. si opus. colum. ij. in fi. ff. de operis no. nunt. vnde dicit notabiliter Abb. in c. cum venisset. col. ij. in iij. no. de resti. in integ. ¶ quōd inhibitio iudicis contra ius facta, nō inducit nullitatem actus postea gesti. ¶ Secundō limita, nisi iudex a quo, detulit appellationi corā eo interposita ab interlocutoria: quæ deserta seu admittēdo ipsam ligat manus fidei ipsi: & ipse tunc sibi inhibet. vnde non potest vteri in causa procedere. text. est in c. eum appellationibus. & ibi Gemi. de appell. li. vj. & Bart. in l. eius. qui. colum. ij. de appel. recip. & Bar. in l. intra vile. col. ij. ff. de mino. & Soc. in consilio 199 xxxvij. col. vij. in fi. vol. ¶ Autē teneatur deferre iudex appellatiōis: Die, quōd si est interposita ex iusta causa: aliās puniatur. text. est in ca. de priore. de appel. & in l. quoniam iudices. C. de app. & quia istam penam est varietas inter ius canonicū & ciuile: quia de iure canonico si causa est criminalis, iudex nō admittit deponendum est: si vero est ciuilis, puniatur pena arbitraria, sed de iure ciuili: si causa est criminalis, puniatur pena arbitraria: si ciuilis, puniatur ad xxx. libr. auri. vt d. l. quoniam iudices. ita declarat Philip. in d. ca. de priore. col. fin. & Ludo. Ro. in consil. ccccij. colum. j. Verum aduerte, quia Philip. in d. ca. de priore. in fi. dicit, quōd ista pena cessat, vbi cunctæ appella-

p 2 tur

tur à mera interlocutoria, ex quo iudex potest procedere antequam sit ei inhibitiu. Ex hoc sequitur, quod non tenetur deferre. in hoc ego puto, quod non bene loquitur Phil. quia, si appellas ab interlocutoria mera, assignat aliquam rationabilem causam, ex qua si vera esset, apparet grauamen, tenetur iudex appellationemmittere: quia ad hunc effectum uoluerunt iura, quod causa grauaminis exprimitur: ut si uideantur iuste, debeat iudex admittere appellationem: aut specificare causam rationabilem, quare non admittit: ut dicitur in c. cordi. de app. lib. vi. unde si iudex repellit appellationem ab interlocutoria ex rationabili causa interposita, puto quod ita punitur, ac si repulisset appellationem à diffinitua. & ita in effectu cōcludit Card. in d. c. de prior. in si. qui melius loqui uideatur, & Lu. Roma. in cōs. ccccj. col. j. & ij.

209 * * Quid autem, si iudex non admittit simpliciter appellationem: sed cum illa clausula, si & in quantum: prout communiter scribi solet admissio per actorum magistrōs: an per illa uerba habeatur pro admissa, vel pro non admissa: Ludo. Rom. tangit hanc quæst. in d. cōs. ccccj. col. ij. & concludit, quod si appellatio erat iusta, & ex rationabili causa interposita, quæ de iure admittenda erat, habetur pro admissa: alias si admittenda non erat, habetur

pro non admissa: & sic illa clausula refertur ad iuris dispositionem. Idem tenet Fel. in c. cum contingat. col. pen. de offic. deleg. & Phil. & Card. in c. sepe. in ij. no. de app. & Bal. in l. edita. in rep. Paduana. col. xij. versu. ite dubitatur, si iudex, & c. de eden. & Bar. in l. ambitiosa. col. pen. in f. ff. de decre. ab or. faci. & Ang. in cōs. cxvij. in v. col. & ista esse ueritas. * * Tertio limitatur, nisi appellaretur à tali interlocutoria, quæ continet grauamen irreparabile, & executione irretractabile: ut si iudex interloqueretur aliquem esse torquendum, quia tunc pendente appellatione statim ligatur manus iudicis ante aliam inhibitionem, sicut quando appellatur à diffinitua: secundum Bald. in l. generaliter. §. sed iuramento. col. ij. ver. sed quid si est talis, & c. de reb. cre. facit quod not. Bart. in l. ij. col. iij. ff. de app. recip. & Bal. in l. ij. col. ij. C. de episc. aud. & in l. si quis in prouocatione. C. de app. & in l. ante sententię. col. j. C. quo. appel. non recip. & Paris in tract. iud. in versu. torтура. in ultima charta. ver. an ab interlocutoria, & c. & Andr. de Yser. in cōs. intentionis. & hoc hodie est prouisum in regno per capitulum regni, quod incipit si iuste, quod cauetur recipienda esse appellatione à tortura: & si iudex noluerit admittere, sed processit ad torturam post appellationem: si quidem tortura fuit mor-

TUM,

tus, vel in tormētis, vel per cōdemnationem ad mortē, tunc iudex debet ultimo supplicio dānari: si uero nō fuit mortuus in tormētis, nec aliter cōdenatus ad huc, tunc iudex debet dānari ad pōnā carceris biennialis, & ad publicationē tertię partis suorum bonorū. Si uero tortus fuit cōdenatus ad aliā pōnā p iudicē pręter mortē, tunc iudex eadem pōnā subire debet. ita hec omnia deciduntur in d. c. si iuste. est in nu. capitulorū regni, 143.

TERTIO, principaliter sequēdo ordinē præpositū, quæ 202 ro * quādo fiat appellatio, die, quod debet fieri infra decē dies, à die latę sententię: ut est tex. sapi. alle. in auth. hodie. C. de app. & in c. cum dilecti. in fi. de elect. & in c. significauerūt. de testi. & in c. quoad cōsultationē. dere iud. quod ampla procedere nō solem, quando appellatur à diffinitua: sed etiam ab interlocutoria debet appellari infra decem dies. tex. est & ibi gl. in ver. dies, in d. c. significauerunt. & in d. c. dilecti. in fi. gl. in c. cum celsante. de app. & Bal. & las. in l. si ab arbitro. ff. q. fatid. cog. imō etiam à quocūq; grauamine, & actu etiam extra iudiciali debet appellari infra decē dies à die illati grauaminis: ut no. Soci. in cōs. xlv. col. iij. in fi. in j. volu. 203 * sed de iure Digestorū & C. erat minus tempus, scilicet quia in causa propria poterat quis appellare solū infra biduum: in

causa aliena, infra triduum: & nō ultra: ut est tex. in l. eos. §. si nau tem. C. de app. & in l. j. §. biduū. & §. dies. & §. in propria. ff. quādo appell. sit. Hodie uero p ius Authenticorū, est actum tempus ut ius ad decem dies: ut supra: quo termino elapso si non appelleretur, sententia transit in rem iudicatā, & executioni mādatur: ut d. c. quod ad cōsultationē, & currit istud tempus de momēto ad momēto à die late sententię: ut est gl. & ibi etiā 204 Bar. in d. §. dies. * * Limita tamen hoc, dummodo appellans sciuerit latam esse sententiā cōtra se: quia tunc currit decem dies à tempore late sententię. Secus si ignorauit: quia etiam si stetit per mentem, vel annū & ultra, semper potest appellare, postquā scire incepit, à die scientię currit sibi decem dies. c. cōcertationi de app. lib. vi. & glo. & Bart. in d. auth. hodie. C. de app. & gl. in cap. ab eo. de app. li. vi. & tex. in l. j. §. ff. quādo app. sit. Ex hoc ergo sequitur, quod istud tempus est uile in principio: quia nunquam incipit currere impedito, sed post eā efficitur continuū: ut est tex. & ibi Bar. in d. l. j. §. dies. quibus adde Spe. in ti. de app. §. restat. ver. sed nūquid tam bonū est, ut protestetur appellās, quādo uidet se impeditū: maximē, quādo sit per iudicem: secundum 205 Bar. in d. §. dies. * * Secundo limitatur, nisi grauamē illatū haberet

P 3 tract

tractum successuum: quia tunc
semper potest appellari, quâ diu
durat grauum, etiam post de-
cem dies. ita tenet Ioan. And. in
c. dilectus. el. ij. de referri. & Bal.
in l. ij. col. ij. in fi. vers. secundo
quero. C. de episc. auct. & Spe. in
titu. de appel. §. restat. ver. & no-
ta secundum Vincen. idem tenet
Ang. in d. authent. hodie. & Paris
in tract. synod. vers. appellatio.
col. ij. in quibus locis ponitur
exemplum de eo, qui detinetur
in carcere. nâ semper potest ap-
pellare: quia semper grauitur.
ita etiam tenet Philip. in c. fisper
eo. el. ij. col. j. de appel. & in c. ex
parte. el. j. col. ij. eod. tit. vbi no-
tante limitat hoc de merte Bal.
in d. e. de testib. extrâ de testib.
non procedere, quando iudex
expressè fuisse interlocutus il-
lum fuisse iubeat carerari: quia
tunc debet appellari infra decem
dies à die prolatis interlocu-
toria: aliâs transiret in rem iudi-
catam, & vltius appellare nō
posset. quib. adde Alex. in l. in-
ficiendo. §. infans. in addi. ad Bar.
to. ff. de fur. & Alex. in l. j. §. ff.
de fer. & in l. eui. qui. §. in popu-
laribus. ff. de iureiu. ¶ Et post
ista appellatio presentari etiam
in die feriatâ ad honorem Dei.
secundum Bart. in l. j. §. dies. ff.
quâdo appel. sit. & Card. in cle.
ij. §. similiter. in ij. questione. in
fin. de appel. & est gloss. in cap.
appellatio. in versu. lectâ. de
appel. lib. sexto. & Bald. in l. pri-
ma per illum text. C. de feriis. &

Felyn. in cap. fin. col. quinta. de
207 feriis. ¶ Ex predictis inferitur
quod si aliquis sine mandato,
alieno nomine appellauit ali-
qua sententia, debet illam ap-
pellationem ratificari facere à
domino litis intra decem dies.
computandos à die, quo sciuit
latam esse sententiam contra se,
aliâs elapsis decem diebus non
posset ratificare, & sententia trã-
siret in rem iudicatam: quia rati-
ficatio debet fieri infra tempus
habile. l. honoru. ff. rem ra. hãb.
ita tenet Spec. in ti. de appel. §.
j. ver. porrò. & Pet. Philip. Corn.
in consil. cclxxxij. col. ij. in li-
tera a. in ij. vol. nam actus iudi-
ciarij debet fieri per legitimam
personam habentem speciale
mandatum. l. licet. C. de procu.
& si fuerint facti sine mandato,
debent ratificari infra tẽpus ha-
bile, aliâs non valet: vt dicit ibi
Pet. Phi. Corn. Et pōdera, quod
verba Specul. vbi supra, dicunt
quod debet appellationem rati-
ficare infra decem dies à tempo-
re, quo sciuit appellatum, & nō
dicit à tempore scientiã latæ
sententię. ego puto quod debet
ratificari infra decem dies à tẽ-
pore, quo sciuit sententiam esse
latam, per ea, quæ habentur in
d. authent. hodie. quia ex illo
tempore currunt sibi x. dies ad
appellandum: ergo illimet dies
currūt sibi ad ratificandum: quia
illud censetur tẽpus habile, per
d. l. honorum. & ista est pura ve-
208 ritas. ¶ Vltimo primo tempore
appell

appellandi, videamus, nũc de se-
cundo tempore, scilicet petendi
a postolos. & scias, quod de iure
communij Apostoli debent peti
infra xxx. dies, & etiam recipi vs
est tex. in l. iudicibus. C. de ap-
pella. & in cap. ab. eo. de appel.
lib. vj. adeo quod si appellans
infra dictum tempus non petat
vel rec. piat Apostolos, censetur
appellationi renuntiasse. & est
cõitus appellatio deserta: vt d. ca.
ab. eo. & elem. quãuis. de appel.
& quando staretur per iudicem
qui requisitus non dat Aposto-
los, debet appellans protestari:
vt habetur in d. elem. quãuis. &
per gloss. in l. j. ff. de libel. dimis.

209 ¶ Sed dubitatur, quando inci-
pant currere isti xxx. dies: vt rã
à die sententię latæ, vel à die ap-
pelliõis: in hoc magna fuit va-
rietas doct. quos refert de castro
Rotæ xxx. in nouis. & Card. in
ca. vt debitus. col. xxij. de appel.
nam aliqui tenent, quod currūt
à die sententię latæ, per tex. qui
hoc dicit expressè in d. l. iudici-
bus. Alij tenent, quod currūt à
die appellationis interpositæ: &
hãc opin. tenet Hosti. in c. j. de ap-
pel. lib. vj. sed Card. in d. cle. quã-
uis. in prin. in iij. quest. tenet sim-
plicitè primam opin. per d. l. iu-
dicibus. sed quicquid teneat alij
magis cõmunis & æqua opin.
est, vt dicamus, qd si appellas ha-
buit noticiam sententię latæ, cur-
rat sibi tempus à die sententię
latæ, & ita pcedit d. l. iudicibus.
Si verò non habuit noticiam,

quando fuit lata sententia, &
tunc triginta dies currant sibi à
die scientiã, à quo die habuit
facultatem appellandi: quia si ali-
ter diceremus, sequeretur vnum
inconueniens, quod posset ap-
pellans ignorare p xxx. dies. &
sic esset sibi ignorantia lapsum
tempus petendi Apostolos: cui
non esset lapsum tempus appel-
landi, per ea, quæ not. gl. & Bar.
in d. authent. hodie. & tex. in d. cõ-
concertationi. de appel. lib. vj. &
istam opin. tanquam æquiorẽ
& iuri consonam teneo: quã te-
net glo. in d. e. ab. eo. & ibi etiã
Gemi. & est de mente Iõã. And.
ibi, & dicta decisio. Rotæ. xxix.
210 mnouis. ¶ Sed istud tẽpus pe-
tendi Apostolos infra xxx. dies
est de iure cõmunij, vt dixi: pos-
set tamen dubitari in hoc: in
regno ferueturicum constit. ap-
pellationem tempora. statuẽt
simplicitè terminum quinquaginta
dierum ad prosecuẽdum
coram iudice ad quẽ, post inter-
positam appellationem. Dic qd
in regno non feruetur, sed istud
tempus. xxx. dierũ, includitur in
tempore quinquaginta dierum.
vnde sufficit, qd appellas petierit
Apostolos infra quinquaginta
dies, & illos presentauerit iudi-
ci ad quem, vñ cõ processu, &
sic quo ad hoc est correctâ d. l.
iudicibus. ita tenet An. d. de yfer.
in c. si autẽ. co. ij. in fi. & seq. quo
tempore mil. & idem And. in d.
cõli. appellationum tempora.
in princ. & ibi etiam est gloss. &

hoc est confirmatum per ritum magna curia. in num. 189. inc. ite seruat ipsa curia, quod quando, &c. & magis clare firmatur per regiam prag. que incipit, appellationum tempora. & est in numero prag. 23. que expressè confirmat tempus inductum per consil. regni. in proseguenda appellatione. Sic ergo in re in curia seculari seruat dispositio consil. regni. & regis pragmatice, sed in curia ecclesiastica seruatur dispositio iuris canonici. scilicet disti. c. ab eo. & d. cle. g. uis. vt recipiatur Ap. stol. infra xxx. dies: quia in hoc non reperitur correctum ius canonicum.

211 ¶ Ex hoc inferitur, quod in re in curia seculari superuacua est illa questio. superius facta, scilicet, ex quo tempore incipiant currere triginta dies ad petendum Ap. stolos: quia habemus consil. expressè loquerè quod quinquaginta dies currunt à die interpositæ appellacionis: vnde ab illo die habet idem tempus ad petendum Ap. stolos, secundum Andream de Yser. vbi supra. Bene verum est, quod preedicta illa questio est de iure canonico.

212 & sic in curia ecclesiastica. ¶ Preedicta limita scilicet de iure canonico, nisi iudex statuerit certum terminum appellanti ad recipiendum Ap. stolos. quia si infra illum terminum statutum non recipit vel petit illos, & non protestat, appellatio remanet de facta: non expectato aliter lapsu

xxx. dierum: quia iudex à quo, potest speciale & breuiorem terminum ad hoc statueri: vt est tex. in d. cle. quauis. de appel. & 213 ibi p. Cardi. & doct. ¶ Sed cuius expensis debeat mitti seu prestari ap. stoli: vtrum expensis appellantis & petitis, vel iudicis? Communis conclusio est & vera quod dentur expensis appellantis. glo. est in vers. oblat. in d. cle. quauis. de appel. & ibi Car. in §. verum. iij. no. & in §. simili ter. in v. questio. & Bal. in l. eos. §. Ap. stolos. col. iij. vers. queri consuevit, & C. de appella. & Alex. in addi. ad Bar. in l. si postea lauerit. ff. de adul. ¶ Tunc autem Ap. stolorum plures sunt species: quas omnes, enumerat Spec. in tertia parte Spec. in tit. de appel. §. sequitur. per totum. Sed quantum ad materiam nostram tres tantum species sunt in frequentiori vsu. videlicet, Ap. stoli dimissorii: & isti dicuntur quando iudex admittit appellacionem, & scribit literas dimissorias: cum quibus dimittit appellatem iudici ad quem. ille literas significantes, quod admittit appellacionem, dicuntur Ap. stoli dimissorii. de quibus loquitur l. j. ff. de libel. dim. & ca. ab eo. de app. lib. vj. & ca. ab eo. ij. q. vj. Alii dicuntur Ap. stoli refulatorii: vt quando iudex à quo, non vult admittere appellacionem, tunc scribit literas significantes qualiter refulauit & non admittit appellacionem, & de istis loquitur

text.

tex. in l. §. in refulatorii. C. de app. Alii dicuntur Ap. stoli reuercionales: vt quando appellatio non erat admittenda, sed iudex eam admittit ob reuercenciam sui prioris. de quibus habetur in l. eos. §. sup. his. C. de app. & in c. cordi. de appel. lib. vj. & de istis tribus speciebus Ap. stolorum, vide Cardi. Alex. in c. vt debet. col. xj. in fin. & seq. de appel. & Spec. plenè in d. §. sequitur. vbi ponit formam omnium istorum Ap. stolorum. & vide Abba. in c. bonæ. col. ij. vers. quinta differeucia, & de appella. ¶ Vnde autem dicatur Ap. stoli? dic ab act, quod est supra, & talis id est missio: quasi literæ missæ ad superiorem. ita declarat Cardi. in d. elem. quauis. in princ. in ij. questio. de appel. & vide glo. in 216 vers. petat. in d. c. cordi. ¶ An autem in appellacione extraiudiciali debeant peti Ap. stoli? glo. in d. c. cordi. in versic. vel extraiudicetur tenere quod no, sed glo. in ca. vt super. in versic. ille iudex. de app. lib. vj. tenet, quod debent peti sub conditione, scilicet, si est quibus illos dare possit. Super hoc concludo, quod quando appellatur à iudice extraiudicialiter procedente, semper debent peti Ap. stoli: quia est, qui illos dare possit, scilicet iudex. sed quando appellatur à parte, non puto quod sit necessarium illos petere: quia non est quibus illos det. Tamen tutius est, quod tunc petantur sub illa conditione: vt

dicat glo. in d. c. vt super. & ita tenet Philip. in c. bonæ. co. vj. in fi. vers. vj. requiritur, & de appel. & ibi etiam sentit Abb. in secunda col. in quarta & quinta differeucia. ¶ Sequitur modo vide re de tertio tempore: scilicet procedendi appellacionem. super quo scias, q. est varietas inter ius commune & ius constitutum: numquam de iure communi appellans post interpositam appellacionem, habet nunc annum ad proseguendum coram iudice ad quem: & istud appellatur primum fatale, & si est impeditus, habet ex causa secundum fatale: vt est tex. in auth. ei, qui appellat. C. de temp. appel. & habetur in c. ex ratione. de appel. & est tex. in clem. sicut. de appel. vbi dicitur hoc procedere tam in appellacione iudiciali, quam extraiudiciali. Si vero etiam in secundo fatali fuit impeditus, solet ei dari etiam tertia annus: ex iustissima tamè causa & iudo impeditum: vt probatur in d. c. ex ratione, & ibi Cardi. & no. Spec. in tit. de appel. §. nunc breuiter. ver. præmissa. Quod tamè intellige quæ de toto secundo anno fuisse impeditus, aliàs restituitur sibi non annus integer, sed tantum tempus, infra quatuor durauit impeditum. ita declarat Abb. in d. c. ex ratione. in quarta colum. & istud rēpus quod datur post secundum fatale, datur solum per viam restitutionis in integrum, & non ipso iure, sed primus &

secundus annus datur ipso iure
a lege secundum Innoc. Abb. &
docto. in dicto capi. ex ratione.
& glo. & Bart. & docto. in dicta
authenti. ei, qui appellat. sed de
iure constituto. Regni est additum
istud plus: quia post interposi-
tam appellationem dantur quin-
quaginta dies appellanti, infra
quos debet recipere Apostolos
& presentare processum coram
iudice ad quem, & facere re-
partem, & licentias recere. re-
aliis appellatio esset deserta.
hac omnia probantur in cõiti.
appellationum tempora. & ibi
Andr. de yser. Deinde in antea
presentato processu & facta ci-
tatione partis, infra quinquagin-
ta dies, habet appellans primũ
fatale, & sic primum annum, ser-
uata forma iuris communis: quæ
constit. regni nõ corrigi fatalia,
sed solum interponit illud tem-
pus quinquaginta dierum. Ver-
um est sciendum, quod fatalia
incipiunt currere a die interpo-
sitæ appellatiõis: vt est text. in di-
cta clem. sicut. de appel. & not.
Abb. in dicto c. ex ratione. in pri-
mo nota. vnde per hoc dico, quod
illi quinquaginta dies interpo-
siti per constit. includuntur, & sic
a die interpositæ appellatiõis,
etiam hodie in regno currit an-
nus ad prosequendum: cum in
hoc iura communia non reper-
iatur correctio arg. l. fancimus.
18 C. de test. ¶ Ista autem obser-
uantia de quinquaginta diebus
procederet solum in Regno in

curia seculari: quia Rex qui fuit
author illius constit. non potuit
imponere legem ecclesiæ & ec-
clesiasticis personis: per ea, quæ
plenè habentur per Abb. & Fel.
in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de
cõiti. vnde in curia ecclesiastica
seruaretur mera dispositio ele-
sicut. & cle. quanuis. de appel. sci-
licet. vt Apostoli infra xx. dies,
& prosecutio fiat infra annum
die appellatiõis, & sate impe-
dimeto, datur secundus annus.
219 ¶ Sed iuxta hoc queritur, an
sit necesse, quod appellans prote-
stetur de impedimento, ad hoc
vt restituat sibi tempus, in hoc
vera conclusio est, quod si stat
per iudicem, debet prestari, &
non sufficit vna protestatio: sed
debet pluries prestari. ita dicit
Alexand. in consi. xix. columna
secunda in primo volumine, &
ponunt docto. in l. prope ad iudi.
§. si autem vtraque. C. de iudi.
& Baldus in dicto ca. ex ratioe.
in fi. Si verò impeditur alio im-
pedimento, quam facto iudicis,
non requiritur de necessitate
prestatio, sed sufficit quod post
ea impedimentum probetur.
Cautius tamè est, quod semper
protestetur de impedimento: ita
pulchre distinguit Philip. in di-
cto c. ex ratione. col. iij. in fi. &
seq. vers. sed dubitatur ad hoc,
& c. & ita intelligitur glo. in ca-
pucientes. §. quod si p. viginti.
& ibi Gemi. & Pet. de Ancha. de
elect. libr. vj. & Bartol. in l. j. §.
dies. ff. quando appel. sit. & vide
omnino

omnino Card. in dicto c. ex ra-
tione. in iij. colum. ¶ Vlti-
mus super ista queritio. dubita-
tur, vtrum elapso primo anno
possit iudex indistincte senten-
tia exequi tanquã appellatiõem
deserta, si non cõstat aliter sibi
de impedimento. Doct. comu-
niter tenent quod nõ, quia non sit
lapsus biennium, iudex nõ po-
test exequi: quia sententia non
cõfirmatur ex solo lapsu primi
anni, nisi etiam labatur secundus
annus, dicit text. in d. authen. ei,
qui appel. & ita expresse tenet
ibi Bart. in fin. & idem Bart. in
l. j. in fi. ff. nil. no. app. ped. & Bal.
in l. eos. in prin. col. ij. vers. scias
tamen, & c. C. de app. & Phil. in
d. c. ex ratione. col. xxij. vers.
secundo queritur & c. nam secu-
dum Baldum in d. l. eos. elapso
primo anno, est dubium pro-
pter impedimenta, quæ potue-
runt interuenire, & sic solus la-
psum primi anni nõ clarificat iu-
dicem de desertione, nisi labat-
tur etiam secundus, ¶ Et licet ista
opin. videatur esse magis com-
munis: tamen mihi videtur, quod
ita simpliciter intellecta nõ pro-
cedat: & primò pondero, quod
lex non dat secundũ annum ap-
pellanti simpliciter: sed condi-
tionatiuè, scilicet existere iusta
causa impedimenti. ita dicit text.
in dicta authen. ei, qui appellat.
Ergo intentio legislatoris fuit,
quod in primo anno appella-
tio sit deserta, si non probatur de
iusta causa habendi secundũ an-

num, scilicet de impedimento.
Cum ergo impedimentum con-
sistat in facto, oportet probari
per eũ qui se fundat in illo, per
ea, quæ habentur in l. ij. ff. si quis
cau. & per Bart. in l. hoc iure. ff.
de verbo. obli. Si ergo non ap-
paret de impedimento, iudex ha-
bet suam intentionẽ fundatam
ex lapsu primi anni: vnde poterit
sententiam exequi non expe-
ctato lapsu secundũ anni. Et per
hoc non videtur obstat illud,
quod dicit Bal. in dicta l. eos. sci-
licet, quod in primo anno est du-
bium propter impedimeta, quæ
poterunt accedere: quia hoc esset
presumere impedimentum, vbi
non probatur, quod est contra
omnia iura: cum impedimẽtum
sit facti, & facta non presuma-
tur, nisi probentur. l. in bello. §.
facta. ff. de capti. & c. j. de cõsti.
lib. vj. & not. Pet. Phil. Corne. in
consilio clxxij. col. viij. in lite-
ra r. in secundo volumine. ¶ Se-
cundo pondero ordinem legis
quæ primò dat primũ annum,
& postea ex causa dat secundũ:
nam si opinio illorũ, qui tenent
esse necesse labi biennium, esset
vera, iste ordo fuisset frustra-
torius: quia debuisset dicere lex,
quod appellati datur biennium
ad prosequendum: quo elapso
appellatio efficiatur deserta, &
non oportebat dari primũ an-
num, & postea secundum: & lex
nihil operatur frustra. §. quib.
221 in prima cõiti. ¶ Tertio pon-
dero, quia lex appellat primũ
annum.

annum, primum fatale, & secundum annum, secundum fatale: ut est text. & ibi glo. in l. ij. in princ. C. de temp. appel. & dicitur ista fatalia, à fato, id est morte: quia sicut mors extinguit hominē, ita lapsus fatalium vniuersi- uis que fatalis extinguit appella- tionem: ita declarat Abb. in d. c. ex ratione, col. ij. & sent. gl. is d. l. ij. in prin. & Bald. in l. fin. in princ. in ij. eolum. vers. mo- do restat, & C. de tēpo. appel. Si enim primus annus non ex- tingeret appellationē, non di- cretur fatale: sed quia lex ita ap- pellat fatale, primum annū, si- cut secundū: quod patet ex text. in dicta l. secunda. in princ. que dicit tempora fataliū, & sic loquitur in numero plurali de pluribus fatalibus. Ergo ita ex- tinguit appellationē lapsus pri- mi anni, non dato impedimen- to: sicut lapsus secundi anni. ad- de Philip. in dicto cap. ex ratio- ne. eolum. ij. ¶ Quarto pro hoc do. text. formalem in dicta cle. sicut. de app. cui nō puto posse dari rectum respōsum. nam ibi elare dicitur, quod per lapsum anni appellatio debet cēseri de- ferta cessante isto impedimen- to: ergo nō est opus expectare biennium, quādo nō liquet de impedimento. ¶ Quinto pōte- ro text. in l. fin. §. illud. C. de tem- po. appellatio, qui expressē sen- tit, quod elapso anno, & sic pri- mo fatali, mandatur sententia executioni, nisi appellans do-

ceat de impedimento. ¶ Sexto ad hoc pondero dictum Bal. in dicto cap. ex ratione. col. ij. in fin. vbi dicit, quod appellas de- bet esse diligēs in primo anno, diligentior in secundo, & dili- gētissimus in tertio. Si ergo te- quitur diligerētia in primo an- no, sequitur quod si fuit negli- gens sine aliquo impedimēto, appellatio remanet deserta. & hanc opi. tenent Innocen. An- ton. de Bu. & Imo. in dicto cap. ex ratioe. & Ang. in cōsil. cccix. vbi dicit, q̄ ista opinio est vera sicut euangelium. ¶ Septimō, ad idē adduco text. in c. eum sit Romana. de appel. vbi est text. clarus, quod appellati datur an- nus ad prosequēdum, & ex ius- ta & necessaria causa, scilicet impedimenti, datur biennium. Ergo sequitur, quod vbi nō ap- paret iusta & necessaria causa, non datur biennium. vnde sequi- tur, quod iudex potest sententiā exequi elapso anno, si non cō- stat de impedimento. & hoc vi- detur sentire Barto. in authent. si appellatio. C. de appel- la. vbi ponderat impedimētum primi anni: vt datur secundus. ¶ 22. ¶ 8. O statū pondero, quia om- nes do. dēt. communiter in di- cto c. ex ratioe. & in dicta au- thenti. ei qui appellat. conclu- dunt, quod quādo stat per iudi- cem, debet appellans in primo anno protestari. ad quid ergo requiritur ista protestatio, si nō diceremus, q̄ elapso anno ap- pellat

pellatio sit deserta: certē frust- rariet, si in omnem euentum da- retur biennū. Et sic per istas ra- tionēs & iura cōcludo, quod si elapso primo anno non cōstat de aliquo impedimēto: nec ap- pareat aliqua prelatio, in intēto iudicis est fundata ipso iure in exequendo. vnde poterit sentē- tiam exequi: per d. cle. sicut. tan- 23. quā appellatio deserta. ¶ Fa- teor tamē, quod antē quā exe- quatur, debet citare appellatē ad dicendū quare sententia exe- cutio nī mādāri nō debeat, quia pōtset pars citata docere de im- pedimento, & sic daretur sibi se- cundus annus, aliās si non do- cet, poterit exequi. Et q̄ debeat pars citari super executione faci- enda, tenet Barto. in l. j. in fin. ff. nil no. appel. pend. & Alex. in l. preses. col. si. ff. de re iudica. & Abb. in c. ex ratioe. col. si. vbi tenet in effectu istam opin. quā modō tenui, scilicet quod elap- so primo anno iudex potest exequi, parte tamen citata. Idē, scilicet q̄ debeat pars citari, te- net Bald. in l. si contra. C. de ap- pel. & Bal. in l. j. in fi. C. de tem- po. app. vbi dicit esse ibi text. ad hoc meliorem de iure. & Phil. in d. ca. ex ratione. eolum. xxiiij. in d. ca. ex ratione, quiritur, & C. ¶ Ex prædictis ergo habes declara- tos tres terminos, qui cōsidera- tur in appellatione, & remanet conclusio, q̄ vltimus terminus, scilicet prosequendū, est vnus annū, vel duorum annorū, stāte

24. impedimēto. ¶ Limita tamē hoc, nisi iudex à quo, statuerit breuiorem terminum ad prose- quendum: quia eo elapso rema- net appellatio deserta, & potest sententiam exequi. vt c. cum sit Romana. & c. personas. & ibi Phi. & doc. de appel. & dixi ple- nē suprà in precedenti quæst. principali. in xxj. fallentia. & sic non est necesse nunc expectare 25. lapsum anni vel biennij. ¶ Se- cundō limita, nisi de voluntate partium fuisset prorogatio ter- minus prosequendi appellatio- nem: quia tunc potest durare vl- tra biennium prout partibus pla- cuerit: quia iste terminus prose- quendi appellationē, potest cō- sensu partium prorogari: & etiā breuiari, secundum Baldum in l. si. §. si. col. j. C. de tēpo. appel. & ibi etiam Bartol. idem vide- tur tenere Alex. in l. propter. dum. in princ. C. de iudic. & Ale- xand. in addi. & Bar. in authen- ti. qui appellat. C. de tempo. appel. & ibi etiam Bal. in fin. co- lum. & Philip. in ca. ex ratione. eolum. v. in fin. versicu. sed dubi- tatio est, & c. de appel. & ibi etiam Fely. in §. colū. pro hoc est tex. quem ponderat Bald. ad hoc in l. q̄ si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edit. vbi de consensu par- tium potest prorogari tempus rehdibitorie: quod est legale. Sed contrarium tenet Barto. in auth. si tamen. C. de temp. ap- pel. vbi dicit, q̄ tacite per viam cōpromissi potest elongari tē-

pus: sed expresse prorogari nō potest: sicut nō potest prorogari tempus instantiæ primæ causæ: vt est glo. Barr. & communiter docto. in l. proferendum. in prin. C. de iudi. & Ludo. Ro. in consi. clxxxiii. in fin. & hanc contrariam partem tenet Ioā. And. in addi. Spec. in rit. de appell. s. riuñe breuiter. ver. licet autem. in addi. magna. circa fi. & Abb. in d. c. ex ratione. col. iiij. & Ludo. Roma. in l. ij. ff. de re iudi. & Cārd. Alex. in d. c. ex ratioe. col. xv. vers. quarta decima est quaestio, &c. vbi fe innouit, & nescit decidere. ¶ In ista tamē varietate mihi plus placet prima opinio, scilicet, quod possit tempus exercetē appellatiōis prorogari per expressum consensum partium: quam opin. tenet etiam Cyn. in d. auth. ci. qui appellat. & istā partem firmo per tex. in l. fi. s. fi. C. de temp. app. vbi dicit text. quod possunt partes pacisci, quod nullum fatale seruetur in appellatione: ergo clare patet, quod per pactū partium possunt alterari, & tolli fatalia iuris. Si ergo possunt partes prosequi appellationem sine fatalibus, sequitur quod possunt ipsa elongare, vel breuiare ad earū libitū. hoc enim patet ad sensum: quod si in appellatione non seruantur fatalia, potest durate vteriori tempore de consensu partium, & ita tenet ibi Bartol. ¶ Secundo, moueor per tex. in d. l. quandiu. de appel. vbi

dicitur, quod nō currit tempus appellanti, quando de consensu expresso ipsarum partium profectio appellatiōis differitur: ergo possunt facere partes per earum pactum, quod fatalia nō currant. Et licet tenentes contrarium, respondeant ad illum text. quod loquitur de suspēsiōe & non de prorogatione: prout dicit Abb. in d. c. ex ratione. col. iiij. ego nō video in effectu, quē differentia resultat inter suspendere & prorogare, cum vtrōq; casu habeatur idē effectus: put inferius dicā. ¶ Tertio, moueor per tex. in d. l. quod si noluit. s. si quid ita. ff. de edil. edi. vbi partes per pactū possunt prorogare tempus legale, vt duret in perpetuū. ¶ Quarto, adduco tex. in c. in causis. de offi. deleg. vbi tenet min⁹ datus in rescripto delegatio, infra quē causa debebat finiri, potest de consensu partium prorogari, & sic possunt partes prorogare iurisdictionem, quæ certo tempore finiri debebat. ¶ Quinto considero, quod oēs doct. tenentes contrariam partē, fundāt se super duobus fundamentis. Primum est, arguēdo à simili, de instantia primæ causæ, vt sicut illa nō potest prorogari, vt not. in d. l. proferendum. in prin. C. de iudi. ita etiam nō potest prorogari instantia appellatiōis. Secundo est, quia ista tempora respiciunt publicā utilitatem, vt citius lites finiantur, vnde nō possunt prorogari per partes

in versicu. mandetur. in d. §. si autem. & Phi. in d. §. porrò. col. ij. & in d. c. consuluit. alijs regulariter non admittitur: vt supra, & tenet Lud. Ro. in consil. cccxxiij. & de hac materia vide, quæ dixi supra in ij. q. principalis. versicu. 283. viij. limita &c. ¶ Quinto limita non procedere, quando quis fuit cõdemnatus de crimine falsæ monete: quia non potest appellare: sed damnatur vltimo supplicio, sine appellandi remedio. text. est in l. j. C. de fals. 284. mone. ¶ Sexto limita non procedere in eo, qui est condemnatus de raptu virginis: quia damnatur vltimo supplicio, & non potest appellare, propter immanitatem criminis. text. est in l. j. §. si autem. C. de rapt. virg. & Andr. de Yser. in titu. quæ sint rega. versicu. & bona. col. xij. ¶ Septimo limita non procedere in latrone insigni, & famoso. Item in seditioso & autore alicuius factionis: quia quicunque damnatur de huiusmodi criminibus, vel altero isoforum, non appellat: nec superfedetur executio. text. est in l. constitutiones. ff. de appel. & in l. si filio exheredato. §. hi autem. ff. de iniur. rup. test. & Andr. de Yser. vbi supra. 286. col. x. ¶ Octauo limita non procedere in crimine læsæ maiestatis, quia in eo condemnatus non appellat. text. est in l. constitutiones. secundum intellectũ Bart. ibi, dũ loquitur intelligendo illã l. de prodiore, qui dicit

dicitur dux factionū: per l. quifquis. C. ad l. lul. maie. & itam limitationem tenet in Specie Fel. in c. ficut. el. j. de simonia. & vide And. de Yser. in c. j. versic. & bono 187 na. col. ix. que sint rega. ¶ No-
 287 no limita non procedere in crimine simoniae. nam condemnatus de eo, non appellat: ex quo æquiparatur crimini læsæ majestatis & hæresis: vt non glo. in c. de test. li. vj. in gl. fi. ita tenet Fel. in d. c. ficut. el. j. de simo. per illū text. qui dicit, quod mox debet sententia executioni mandari in
 288 crimine simoniae. ¶ Decimo limita non procedere in crimine hæresis: quia cōdemnatus in tali crimine non appellat. c. vt inquisitionis. de here. li. vj. & Fel. in d. c. ficut. vbi limitat in omnibus prædictis criminibus, nisi quis appellaret ante sententiam: quia tunc potest, secundum eum. & vide ad hoc pulchrè Angel. in consil. clxxxvij. vbi multum singulariter loquitur. item omnes prædicti casus intelliguntur etiā, si fuit quis conuictus tatum, vel confessus tatum. & sic nõ vt vtrumque concurrat copulatiuè: secundum Bart. in d. l. constitutiones.
 289 ¶ Vnde decimo limita non procedere in eo, qui fuit condemnatus pro debito publico seu fiscali: quia non potest appellare: text. est. & ibi per docto. in l. abstinendum. & l. fi. C. quo. app. nõ recip. & in c. ei, qui appellat. §. quotiens. ij. q. vj. & Spec. in tit. de app. §. in quibus. versic. iij. quod

intellige, quando fiscus tractat de dano vitando: Secus si de lucro: vt in pœnis pecuniariis: quia tunc potest appellari: secundum Andr. de Yser. in constitut. intentionis. colum. fi. ¶ Duo-
 290 decimo limita nõ procedere in officiali alicuius iudicis: qui si pro gelis in officio fuit cōdemnatus, à suo iudice non appellat: præsumitur enim ex quo status erat iudex: quod eum iuste condemnauerit. Exemplum ponitur in nuntio suo famulo alicuius officialis: vel in actorū magistro seu assessore condemnato à suo officiali pro gelis in officio. l. nulli. & ibi Barto. C. quo. appel. non recip. & in c. ci, qui. §. nulli. ij. q. vj. & Spec. in tit. de appell. 291 ij. in quibus. versic. iij. ¶ De-
 cimotertio, limita nõ procedere in quolibet officiali condemnato in syndicatu: quia non appellat ad effectum retardandæ executionis. vt dicitur in hoc regno regia prag. que incipit, regia dignitati. quod declara, vt dixi supra in ij. quæst. principali. 292 ver. xx. limita & c. ¶ Decimo-
 quarto, limita non procedere in sententia interlocutoria: quia ab ea non appellatur regulariter de iure ciuili. l. pen. C. quo. app. non recip. quod dicit, vt ibi per Bart. & in l. ij. & iij. ff. de ap. recip. Secus de iure canonico: quia à quolibet grauamine appellari potest: vt habetur in c. vt debitus. de ap. de qua materia vide, quæ plene dixi supra in ij. q. principali. & per
 Ang.

Angel. in cons. cxv. & cons. cvij. 293 ¶ Decimoquinto limita non
 procedere in causa, vbi agitur de decima: quia non appellatur à sententiā lata in tali causa. text. est in c. tua nobis. & ibi glo. de decim. & Spec. in tit. de app. §. 294 in quibus. ver. iij. ¶ Decimo-
 sexto, limita non procedere in causa possessoriæ: quia à sententiā lata in possessorio, non appellatur. l. j. C. si de momen. poss. sue. app. & habet locū in omni possessorio siue adipiscendæ siue retinendæ, siue recuperandæ: secundum Bar. ibi & not. in l. quifquis. C. quo. appel. non recip. & plene per Bar. in l. ij. col. ij. versic. quæro, quæ est ratio, & c. ff. de app. recip. & Ange. in cons. cvij. quod tamen ideo est, quia sententia super possessorio, parit modicum præiudicium: ex quo grauamen potest reparari super petitorio: secundum Bar. ibi. Ve-
 rum istud declarat hoc modo scilicet, vt non possit appellari ad effectum retardandæ executionis: ita dicit text. in d. l. j. & ibi Bal. quia non obstantè appellatione, sit executio: tamen potest appellari: & valet appellatio in effectu, quoad deouoluendū negotium coram iudice, ad quem ita declarat Bar. in d. l. ij. col. ij. ff. de app. recip. & Bald. in d. l. j. & Abb. in c. cum ad sedem. colum. antepe. & pe. de re iud. spo. & tan-
 295 git plene Phil. Decius in cons. xxvij. licet ibi. in iij. col. dicat, quod indistinctè nõ appellatur

à possessorio: tamē magis communis conclusio est, quod intelligatur ad effectum retardandæ executionis: & ita seruatur in practica: maxime in hoc regno: vt habetur i decilio. lxxvij. in si. cons. Neapolit. & tenet Abb. in 295 cōf. lven. l. j. in ij. vol. ¶ Quod
 tamen limita primo procedere de iure ciuili: secus de iure canonico: quia potest appellari à possessorio. ita tenet Lud. Rom. in cōf. cccxiiij. in prin. & Spec. in tit. de app. §. in quibus. versic. vj. & Arch. in §. sunt, quoru. ij. q. vj. & Abb. in d. c. cum ad sedem. colum. penul. d. c. cum ad sedem. cle. j. in fi. de seq. pos. & fruct. & in c. ex conuersione. de restitut. spo. & in cap. significauerunt. de test. & Ab. in d. cons. lv. col. j. 296 ij. vol. ¶ Secundo, limita non
 procedere in sententiā sequestri faciendæ: quia licet sit super possessione: potest tamen ab ea appellari: secundum Ang. in cons. 297 cvij. col. ij. ¶ Tertio limita
 procedere in ipsa diffinitiuā lata in possessorio: secus in interlocutoria: quia ab omni interlocutoria lata in possessorio ante sententiam, potest appellari. & ratio est, quia grauamē tale nõ potest reparari per appellationem à diffinitiuā: ex quo ab ea nõ appellatur: vt supra. ita singulariter tenet Ang. in cōf. xlvi. col. fi. 298 & cōf. clxxxvij. ¶ Quarto nõ
 tabilitur limita pcedere respectu ipsius possessionis principalis, de qua litigatur: quia quoad
 R
 illam

illam, nō suspenditur executio: fecus autem, si vltra possessionē fuit quae cōdemnatus ad expensas, fructus, & interesse: quia quo ad ista accessoria, valet appellatio, etiam de iure ciuili: & suspēditur executio: ita tenet Bar. in l. si. i. iustus. in si. ff. de appell. & Bal. in d. l. iij. colum. ij. in si. versif. pone, & C. si. de momen. poss. fue. app. & est decifum expressē in d. lxxvij. cōsi. Neap. 299 in fi. ¶ *Quinto limita, nisi graua mē illatum per possessorem, esset tale, quod nō possit reparari in petitorio: vt si essemus in casu, in quo nō esset alicui consultū, nisi per retentionem rei. fecus, per exceptionē: tūc enim etiam de iure ciuili appellatur possessorio: & impeditur executio: ita tenet Bart. in l. iij. col. ij. ff. de appel. recip. & Abb. in d. c. cum ad sedem. col. pe. in princi. de rest. spo. & Ang. in l. j. c. si de momen. pos. fue. app. & Phil. Decius in conf. xxvij. colum. ij. per l. qui exceptionem. §. si pars. ff. 300 de condi. indeb. ¶ *Sexto limita, quando iniuste & sine causa auferatur alicui possessio: quia potest appellare: secundum Abb. in cōs. lx. col. j. in ij. vol. & Ange. 301 in cōs. cxij. in ij. colum. ¶ *Septimo per illationem ex praeiudicis ego nouiter limito, vltra prohibitiō appellatiōis in possessorio, procedat generaliter, vbi causa est modici praedictij: & tractatur de possessione momentanea: scilicet, quae momen-

to est duratura penes Vincentē: vt quia sunt in promptu probationes super petitorio. Secus autem, vbi probatio petitorij esset difficilis: & sententia super possessorio traheret secum effectū perpetuum: quia tunc tractatur de magno praedictio: & potest indistinctē appellari ad impedendam executionem. ita sentit Abb. in d. consi. lv. col. j. in ij. vol. & Philipp. Deci. in d. consi. xxvij. & Bar. in d. l. ij. colum. ij. & iij. ff. de app. recip. & Ab. in d. ca. cum ad sedem. col. penul. & Ange. & doct. in dist. l. j. C. si de momen. poss. fue. app. in quibus locis doct. communiter ponderant modicitatem praedictij in possessorio. Item, tota schola ciuilitarum se fundat super d. l. j. quae loquitur de possessione momentanea. vnde innuit, quod sit talis possessio, quae de facili possit reuocari per probationes in petitorio: & per hoc ego nouiter infero, & credo dicere verum in istis litibus, quae agitantur inter vniuersitates terrarū super possessoriis herbarum, nemorum, & aquarum, & aliarum rerū similium: quia vt plurimū propter temporis antiquitatem non solent haberi instrumenta distinctionis: et tioriorū: vt per illa possit probari petitorij: solo lūm fundant se super possessione: quia ita antiquitus fuit possessum: quo casu si succēdit vniuersitas in possessorio, est sibi impossibile habere, p. batio-

nes, in petitorio: & sic ista sententia habet effectū petitorij, & est maximi praedictij, p. hoc dico indubitanter, quod à tali sententia potest appellari: & impeditur executio: sequendo maximē aequitatem iuris canonici, quod permittit appellatiōem indistinctē in possessorio: nam per ius ciuile debet restringi in minus, quā potest: vt pulchre dicit Abb. in d. consi. lv. sed per ius ciuile nō reperitur restrictum, nisi in possessione momentanea: ergo non debet extēdi ad possessionem longiori tempore duraturā: & haec est noua & pulchra cōsideratio in terminis in casu, qui quotidie euenit: licet per inaduertentiā aliqui iudices in regno male id seruari faciāt: accipientes valde generaliter & extensiuē illud dictū, quod à possessorio non appellatur: & male & iniuste faciunt: per praedicta. 302 ¶ *Octauo, limita non procedere, quando missio in possessionem, est talis, quod missus interim lucratur fructus: quia potest appellari, sicut à sententia lata in petitorio secundum Ang. 303 in consi. c. l. ij. ¶ *Nono, limita non procedere in possessorio missio: secundū Bal. in consi. c. l. xvj. 304 in ij. vol. ¶ *Decimo limita, quādo sententia super possessorio esset lata ex dolo, vel lata culpa iudicis, vel propter inimicitias: quia tūc potest appellari: secundū Bal. in consi. c. xvj. in si. 305 in ij. vol. ¶ *Vndecimo limita,

quādo de possessorio tractaretur per viam contractus, & non per momentaneū iudicium: quia tunc potest appellari: secundum Bal. in consi. c. cx. in si. in v. vol. 306 ¶ *Decimo primō, principaliter limita regulā principalem non procedere in actu, quē quis approbavit: quia ab eo appellare nō potest: l. ab eo. C. quom. & quando iud. & l. si. C. de tempo. app. & no. Soci. in consi. xl. col. pe. in si. in j. vol. pro hoc est text. in l. ad solutionē. C. de re iudi. vt quando accipit terminum ad soluedum: secundum Lud. Rom. 307 in consi. ix. in si. ¶ *Decimo octauo limita non procedere, quando creditor agit hypothecaria ad auocandū pignus: quia si iudex pronuntiat pignus debere restitui, nō appellatur à tali pñucia: ex quo est modici praedictij: quia soluto pretio pignus reuocatur in pristinū statum: secundum Abb. in c. cum ad sedem. col. antep. in si. de restit. spo. ¶ *licet agēs hypothecaria, dicatur agere petitorio, & non possessorio: secundum Pet. Phil. Corne. in consi. c. x. col. ij. in pri. 309 mo vo. ¶ vbi idem dicit, quando agit Saluiano interdicator: quia non appellatur: & de huiusmodi veritate, vide l. al. in §. item Seruiana. col. xv. in l. de actio. & Barto. in l. j. ff. de Sal. interd. & Bal. in consi. c. cx. in si. in v. vol. 310 ¶ Adde tamē, quod hodie in regno hoc est expressē decifum, quādo agit in decreto adfistē-

tia vigore instrumenti: quia si cōceditur ad iusticiā nō appellatur: tali decreto affirmatio: vt est ritus magnæ curiæ, in nu. 64. incipiens. item, in causis duarum vnciarū, &c. & est cōfirmatū p̄ regiam pragmat. quæ incipit, magnæ curiæ, quæ declarat hoc p̄cedere ad effectum retardandæ executionis: quia non obstat re appellatio, sit executio: vt habetur plene in deci. 261. cōf. Neap. vbi extenditur dispositio dictæ pragmat. & ritus magnæ curiæ non solum in decreto adfitejste: verum etiam in omnibus aliis decretis affirmatiuis: quia ab illis nō appellatur: & que sint ista decreta, numeratur i. d. dec. 261. sed de nullitate potest dici ad effectū retardandæ executionis: vt dicitur in d. prag. adde tamen, quod à secūdo decreto appellatur: licet nō à primo: secundum Ang. in cons. x. lxxj. & cons. 311. c. vij. ¶ Decimo nonō limita nō procedere in pronitiā de apertendo testamentū: vel de mittendo scriptū heredē in possessionem: quia ab ea non appellatur. l. quisquis. C. quo. app. non recip. 312. * sicut dicitur in interdicto, quorū bonorū, in quo nō appellatur: secundū Bar. in l. j. in f. C. 313. quo. bono. ¶ Vicesimo, limita nō procedere in causa nominationis publici muneris, quod est utilitate priuatur: vt si quis nominatur ad aliquā tutelā suscipiendā, vel ad aliud publicū munus: quia non potest appellare à

tali nominatione: secundū Spe. in tit. de app. §. in quibus. versic. septimo. & est tex. in l. j. §. si qs. ff. quādo app. fit. potest tamē nominatus, si habet iustam excusationē, se excusare infra quinquaginta dies: & si non admittatur excusatio, tunc potest appellare: vt d. §. si quis. & ita intelligitur tex. i. l. cum in vna. §. tutor. ff. de app. v. no. gl. in d. §. si quis. & gl. in §. qui enim intli. de execut. quod tamen intelligitur in illis muneribus, quæ sunt autoritate publica, & utilitate priuatur: vt supra. Secus autē in muneribus publicis autoritate & utilitate: quia in his potest appellari. l. ij. C. de decur. li. x. & l. hi qui. C. de app. & l. j. C. de tēpo. app. & not. gl. in d. §. qui enim. & Spec. in d. §. in quibus. versic. septimo. ad eod. quod si non appellat infra decedies, nō potest vterius cōtradecere: secundū Ang. in d. §. si quis. 314. vbi pulchrē infert, * quod si aliquid habet immunitatē & exemptionē à collectis, eo ipso, quod describitur in lib. soluentiū, collectas, statim cum seit se describi: debet appellare infra decedies. aliās si seit, & non appellat, cōsetur cōsentire, & suo privilegio renuntiare. & nō potest vterius cōtradecere: & illud dictum refert & sequitur Alex. in cons. c. col. vj. circa fi. in primo vol. Quod nota: quia est singulariter dictum: vnde poteris extrahere bonam cautelam in fauorem vniuersitatis, ad operandum

dum quod ciuis exemptus perdat suam exemptionē: procuret vniuersitas, quod describitur in libro soluentiū, & notificet sibi, qualiter est descriptus: & si non appellat infra x. dies à die notitiae, perdit priuilegiū: & ipse forte non aduertet in appellando: quia confidit suo priuilegio, credens se posse illud quodcūq; producere: & sic remanebit deceptus. ¶ Vicesimo primo limita nō procedere in causis minimis & breuioribus: quia in illis nō appellatur de iure ciuili, secus de iure canonico: secundū Abb. Philip. & Card. in c. de appellationibus. extrā. de appell. & ibi tangunt rationem diuersitatis. & p̄ tex. in c. anteriorum. ij. quāstio. vj. & in authentica, nisi breuiores. C. de sentē. ex breui. reci. Et quoad hoc, quæ dicantur causæ breuiores: vide doctō, in locis prælegat. & adde, quod hodie est decilium in regno, quod in causis duarum vnciarum ciuiliiter petitarum, non appellatur: vt est ritus magnæ curiæ, in numero 164. incipiens, item, in causis, &c. licet nūquam viderim illum ritum esse in obseruantia: imō totum cōtrarium 316. seruari. * Nec obstat l. & in maioribus. C. de app. quia ibi exponitur, Maioribus, id est, criminalibus. Minoribus, id est, ciuilibus: 317. secundū glo. ibi. ¶ Vicesimo secundo, limita nō procedere in sententia absolutoria lata in causa criminali ex mero officio,

vel in processu factō ad denuntiam: quia non appellatur ab huiusmodi sententiā: vt dicit prælegatus ritus magnæ curiæ, 164. qui incipit, item, in causis, &c. ¶ Vicesimo tertio, limita nō procedere in sententia torturæ irrogandæ in crimine, de quo cōstat per vnū testē de visu, & per publicā famam: quia nō appellatur: ita habetur i. d. ritu magna curiæ, 164. qui incipit, itē in causis, &c. iuncto ritu antē præcedenti, 162. qui incipit, item, si 319. accusat, &c. ¶ Vicesimo quarto, limita nō procedere in omnibus causis requirentibus celeritatem: quæ sine dilatione expediuntur, quia in his non admittitur appellatio ad impediendam executionē: vt not. Spec. in tit. de app. §. in quib. ver. vij. & l. as. in l. 320. c. o. j. ff. de ferijs. ¶ Vicesimo quinto limita in eo, qui cōdemnatur super actione ad exhibendum: quia non potest appellare: secundū Spec. in d. §. in quibus. ver. sed nūquid in actione, quod intellige & declara, v. ribi p̄ eū. ¶ Vicesimo sexto limita, quando causa est decisa per iuramentum delatū vel relatū: quia non potest appellari. textus est & ibi Bar. & doctō. in l. generaliter. §. sed iuramento. C. de reb. cred. & l. as. in rep. l. ad monēdi. c. xxj. ff. 322. de iureiu. ¶ Vicesimo septimo limita, quando Abb. vel alius superior regularis vult corrigere subditum suum regulare de aliquo excessu: quia à tali corre-

sione non potest appellari: ex quo sic pro salute animæ ipsius correcti. c. licet. de offic. ordin. & c. ad nostram, & c. reprehensibilis. in fin. & c. cum speciali. in fin. de app. quod intelligi, nisi corrigens excedat modum in corrigendo: quia tunc appellari potest expressa causa gravaminis: secundum gl. & Phil. in d. c. ad nostram & est
 323 tex. in c. de priore. eoti. Item, prædicta procedit in clerico regulari. sed in clerico seculari est secus: quia ille potest appellare à correctione: vt no. Spe. in d. s. 324 in quibus. vt. v. decimo. nam maior dicitur potestas Abba. in monachū regularem. quàm episcopi in clericū secularē: vt not. Abb. & Phil. in d. c. ad nostram. & in d. c. reprehensibilis. & prædictis adde Fely. in c. super literis. col. xj. versic. decima regula, & c. de rescript. & c. ad in. confi.
 325 iij. in tit. de appe. ¶ Vice simo octavo, limita non procedere in causis, in quibus appellatio est prohibita per rescriptū principis: vt quādo princeps committit causam appellatiōe remota: quia tunc nō potest appellari. l. j. in fi. & ibi gl. & Bar. in quibus app. non licet. & c. pastoralis. de app. in tantum, quod licet appellatur à sententia diffinitiva: potest tamē interim appellatiōe remota vel pendente, executioni demandari. secundum Phil. in d. c. pastoralis. col. ij. versic. quarto operatur, & c. per. tex. in c. pastoralis. §. præterea. de offic.

delegat. * Nullus autē potest hanc clausulam in rescriptis ponere, nisi solus princeps: vt dicitur tex. in d. l. j. in fin. quod tamē intelligitur, quādo remouetur appellatio à diffinitiva. Secus, si ab interlocutoria: quia tunc etiam inferior à principe, potest vti dicta clausula, & potest tollere appellationem. secundum Bar. in l. fi. C. de sentent. & Bart. in d. l. j. fin. ff. à qui. app. nō licet. Verum dicit Bar. ibi, quod friuola tantum appellatio censetur remota: prout etiā tenet Ias. in l. iij. §. si is, pro quo. col. ij. ff. quod quisque iuris. & secundum hoc ista clausula videtur frustratoria: quia sine ea appellatio friuola remouetur à iure: per tex. in c. cum appellationibus. de appell. lib. vj. ¶ Qui autē sit effectus huius clausulæ, appellatiōe remota: & quid operatur: vide plenē per Philip. in d. c. pastoralis. de app. vbi plures effectus enumerat. & vide plenissimē per Ioā. de imo. in d. l. j. §. si ff. à qui. appella. non licet. vbi per xxiiij. col. v. tangit plenē hanc materiam melius, quàm alibi, & aliquid per Fely. in c. causam. quæ. col. penul. de rescript. & Specia. tit. de appell. §. in quibus. ver. v. 328 r̄um quia. * & inter alia est sc̄dum, quod ista clausula, appellatiōe remota, nihil operatur in præiudicium tertij: vt est tex. in c. super eo. & ibi Abb. de offi. dele. & Bar. in d. l. j. §. si. & Phil. in d. c. pastoralis. col. v. in vij. q. Et i

329 ¶ * Et si opponeretur contra prædicta, quod appellatio, est defensio. c. cū speciali. §. porr. de appel. & princeps nō potest tollere defensionē, per ea, quæ habentur in cle. pastoralis. de re iudi. poteris respondere, quod contrarium procedit in defensione inducta à iure naturali. prout est citatio. sed appellatio, est defensio iuris postiuus: vnde potest tolli per principē. ita declarat Phil. in d. ca. pastoralis. col. vij. in fin. versic. quarto queritur, & c. & Io. de Imol. in d. l. j. §. Fely. in rub. de app. col. iij. in fi. & in c. j. 330 de rescript. ¶ Vice simo nono, limita non procedere, quando quis renuntiauit appellatiōi, quæ renuntiatio potest fieri expressè & tacitè. Expressè fit. per verba expressa & specificata, declaratione ipsam renuntiatiōem appellatiōis, & non inducitur renuntiatio eo ipso, quod quis pro mittit stare sententiæ iudicis, secundum Philip. in c. ad hæc. el. ij. de app. & quod possit fieri renuntiatio appellatiōi, ex text. in l. fi. in fi. C. de tempo. app. & in l. si quis libellos. C. de appel. & in c. sollicitudinē. de app. & not. And. de yser. in c. j. §. item sacramenta. col. v. in fin. de pace in r. fir. & Socin. in confi. xl. v. col. v. & vj. in primo volum. renuntiatio verò tacita, potest pluribus modis induci. Primo enim per desertionem appellatiōis: & hic potest cumulare omnes modos, quos referam infra in vltima quæst.

331 principali. * Secūdo modo, inducitur renuntiatio eo ipso, quod appellans post interpositam appellatiōem litigat adhuc coram iudice: à quo: quia redeundo ad ipsum, censetur appellatiōi renuntiare. tex. est & ibi per Phil. in d. c. sollicitudinē. & in c. gra. tum. de offi. deleg. quod tamen limita sex notabilibus modis, quos ponit Phil. in d. c. sollicitudinē. & tangit idem Philip. in c. cum teneamur. in vltimo not. de app. Eodem modo inducitur renuntiatio eo ipso, quod appellans post appellatiōem adit alium iudicem superiorem, & nō iudicem ad quem: secundum Abba. in d. c. sollicitudinē. col. ij. versic. vltimo notam regulam, & c. 332 * Et ex prædictis apparet diffidentia inter reductionem ad arbitrium boni viri, & appellatiōem: ne quia ante sententiā non potest renūtiari reductioni: per ea, quæ plenē habentur in quin. tauallis. de iureiur. sed appellatiōi potest renūtiari ante sententiā, vt d. l. fi. in fi. C. de tempo. appel. vt refert Phil. in d. c. ad hæc. el. ij. circa fin. & habetur per Bal. & Ange. in l. tale pactū. §. qui prouocauit. ff. de pac. ple. ne per Ange. in cōsi. clxxxvij. vbi pulchre loquitur. & Pau. de cast. in cōsi. cclx. col. j. in primo volumi. & in tantum procedit dicta renuntiatio, quod etiam si renuntians adhuc est infra decem dies datos ad appellandum, nō potest vltius appellare: se-

cundum Card. in cle ij. §. in fi. de app. & Io. de ana. in confi. 70. col. j. * An autem possit renuntiare nolente appellato i vide Felv. tenentem, quod non in c. ex parte S. col. ij. de rescrip. 334 ¶ * Tricesimo limita non procedere in appellatione frivola: quia ab omni actu est prohibita: nō debet admitti per iudicē: neq; lex ipsam admittit. ca. cum appellationibus. de appel. li. vj. & not. Ang. in confi. cxl. imo de iure canonico ille, qui frivole appellat ab actu, potest per iudicē a quo, excommunicari, vt cōtumax: secūdm Abb. in c. sollicitudinē. in primo not. de appel. vbi plus dicit, quōd potest etiam multari. & licet contra hoc videatur gl. in l. §. fin. ff. de qui. appel. non li. quā facit differtentiam inter ius canonicum & civile. Dicit enim, quōd de iure canonico nō punitur temerē appellās, nisi in expensis: secus de iure civili, & illam gl. sequuntur Abb. & Philip. & communiter 335 ter docto. in c. ij. de appel. * tamen debet illa gl. limitari. s. vt non punitur pœna extrinseca: sed bene potest excommunicari ob cōtumaciam: quia temerē appellando, arguit se contumacem. Item debet limitari, vt nō punitur, nisi iudici videbitur ob eius calumniam, & manifestam temeritatē. ita pulchrē distinguit & declarat Abb. in d. c. ij. in primo not. de appella. & ita debet intelligi & limitari, quōd

not. Bald. in l. ij. colum. j. C. de epif. audi. vbi dicit, quōd de iure canonico temerē appellās, non punitur. quod debet intelligi. s. pœna a pposita in illa l. quā est quin quaginta librarum argenti: sed bene potest alia pœna mitiori puniri ad arbitrium iudicis: per ea quā dicit Ab. in d. c. ij. sed de iure civili appellans frivole, punitur pœna quin quaginta librarum argenti: vt est tex. & ibi Bald. in d. l. ij. C. de episcopa. audien. & text. in l. ab executione. in fin. C. quo. appel. non recipi. ¶ Super hoc est scīdum, quod reperio tres pœnas in hac materia proditas a iure civili: vna est quin quaginta librarum argenti: vt modo dixi. alia est pœna extraordinaria ad arbitrium iudicis. leos. §. ne temerē. C. de app. Alia est pœna amissionis causet & nota in famiā. l. a proconsulibus. C. app. quomodo autem debeāt irrogari dictā pœna, ne videatur ista: leges ad iniuicem contrariari: Bartol. in d. l. a proconsulibus. facit vnam distinctionem: videlicet, aut appellatio recipitur per iudicē a quo, & punitur extra ordinem: per d. §. ne temerē. Aut nō recipitur, & punitur nota in famiā, & amissionē causet: per d. l. a proconsulibus. Aut quis appellat ab executione: & punitur pœna quin quaginta librarum argenti: per d. l. ab executione. ista distinctio Bart. est defectiva. quia in l. ij. C. de epif. audi. nō dicit de appellatē ab

te ab executione. & tamen irrogatur illa pœna. vnde ego magis clarē cōcordando istas l. ita distinguo. Aut quis appellat ab interlocutoria frivole: aut a diffinitiva. Primo casu, punitur pœna quin quaginta librarum argenti: per tex. in d. l. ij. vbi expresse loquitur imperator de appellatio ne ante sententiā: & refert se ad decisa per d. l. ab executione. & declarat ibi gl. in versicu. sanctio. Idē probatur in d. l. ab executione, vbi loquitur de appellante ab executione, vel ab articulo: & sic inuit de appellatio ne ab interlocutoria. Secundo casu. Quando appellat a diffinitiva: & tūc subdistinguo. aut appellatio recipitur, aut nō: secūdm Bar. in d. l. a proconsulibus. 336 vt supra retuli. ¶ Que autem dicatur appellatio frivola, seu frustratoria, vel temeraria, sic quōd dicitur illa, quā interponitur sine legitima causa: vt quādo quis appellat, vbi nō est grauerus iniuste: & sic idem est dicere frivolum, quoad vanam & inanē, & sine causa iusta interpositam: quā nullū poterit sortiri iuris effectum. ita declarat Gem. in d. c. cum appellationibus. col. ij. ver. quero quod importet, & c. de app. li. vj. * & intantū lex habet odio huiusmodi appellationes frivolas, quōd nō solum introduxerit pœnas supra dictas: verum etiam censetur fieri iniuria iudici a quo, quando frivole appellatur: adeo quōd

potest iudex agere actione iniuriarum: vt est gl. sing. in l. fin. in gl. fi. C. quādo prouo. nō est necess. & illam gl. sequitur Gem. in d. c. cum appellationibus. col. ij. & Felyn. in c. ij. col. i. prima. de appel. & est gl. expressa in c. si quis prapostera in gl. ij. l. dist. 338 * & hoc nota pro limitatione l. & in maioribus. C. de appel. que dicit, quōd is qui appellat, non facit iniuriā iudici, quia debet intelligi, quando iuste appellat: non autem frivole, ita dicit gl. in d. l. fin. ¶ Tricesimo primo, limita non procedere in causa iuramenti in litem: quia a iuramento in litem, nō appellatur: secūdm Bar. in l. in actionibus. in l. ff. de in litem tur. & ibi Saly. & communiter Moder. & Inn. Ant. de butr. & Imol. in c. si quōd metus causa. quod tamē limitat Ias. in d. l. in actionibus. in fin. colum. procedere de iure civili. Secus de iure canonico: quia potest appellari: sicut potest ab omni grauamine appellari eo iure. ca. vt debitus. 340 de app. ¶ * Tricesimo secundo, limita non procedere in sententia excommunicationis: quia ab ea non appellatur ad effectum retardandæ executionis. Idem in sententia interditi: secūdm Spec. in tit. de app. §. in quibus. ver. xvij. & per Abb. & Philip. in c. pastoralis. §. verum. de app. & gl. in versicu. suspendatur & ibi Abb. in c. ad reprimendam. de offic. ordi. & habe-

tur in c. qua fronte. & c. quæstioni. de appel. & in c. per tuas. de sent. excom. & hanc materiam declara & limita, vt plenè dixi suprâ in ij. quæst. principali. in iij. differentia. verû. quânto limi
 341 ta. & c. ¶ Tricesimotertio, limita nō procedere, quâdo sententia est ipso iure nulla: quia ab ea nō appellatur, sed de nullitate dicitur: vt in toto titu. C. quâdo prouo. nō est necesse. & Specu. in
 342 d. §. in quibus. ver. xvij. ¶ Tricesimoquarto, limita non procedere in eo, qui in causa principali nihil produxit, ineq; probauit: quia si succumbit, non potest appellare, nisi ante omnia reficiat expensas aduersario: alius non auditur appellans: nisi probauerit se iuste impeditū: & ita seruat in regno. & de hoc est regia pragma. in nu. 27. quæ incipit, qui in causa. vbi plus cauetur: scilicet quâdo victor debet satisfare de soluendis illius expensis, quas recipit quando conuenit; iudex appellantis hoc iudicauerit. Item, limitatur hoc non procedere in miserabilibus personis: vt ibi habetur. ¶ Tricesimoquinto, limita non procedere, quando quis generaliter appellat ab omni grauamine, quod posset ei irrogari in aliqua causa, vel in alijs causis, quæ poterunt contra eum intentari: nam ista dicitur appellatio generalis & vaga, quæ nihil valet: & non admittitur. text. est in c. ij. & c. cōsultuit. el. ij. de app. & licet de iu

re antiquo valuisset appellatio generalis. facta respectu vnus causæ, vt dicitur in d. c. cōsultuit. tamē hodie est correctū per cle. appellati. de appel. qua cauetur, quod in appellatione à grauamine, debet inferri causa, & illâ solâ causam expressam potest appellans profequi. vnde si appellatur generaliter, ista appellatio non profert, nisi quod ad causas grauaminis expressas, ita tenet Pilip. in d. c. cōsultuit. el. ij. quod nota: quia quotidie euenit, quod aliqui faciūt istas appellationes generales ab omni grauamine, nulla causa expressa: quia illas non possunt de iure postea profequi: nam à grauamine nō illa toto nec communicato, nō potest appellari. secundū Ang. in cons. 344 clxxxvij. ¶ Tricesimosexto, limita non procedere in mandato factō alicui, quod in sua ecclesia residet: quia à tali mandato non appellat, nisi vna causa & iustum impedimētum exprimat in appellatioe. text. est & ibi glo. & docto. in c. peruenit. el. ij. de appella. ¶ Tricesimosextimo, limita non procedere in omni actu, qui fit secundum iuris dispositionē & canonicas sanctiones: quia à tali actu secundū leges celebrato non appellatur. nam à iudice iuris dispositionē & decretum exequente non potest appellari: quia talis appellatio est contra leges. text. est in c. cōsultuit. el. iij. de appel. & ista etiā est ratio præcedentis limitationis,

tationis, quod tamen limita & declarata, nisi in appellatione infereretur talis causa ratiōabilis, per quâ specialiter in illo casu admitti deberet: quia tunc valet appellatio, & debet admitti, secundū Phil. in d. c. cōsultuit. el. iij.
 346 & in c. de priore. e. ot. ¶ Tricesimo octauo, limita non procedere in declaratiōe dationis terminari ad producendum testes & instrumenta, & ad probandum in causa feudali: quia à breuiatione & medicatione dicti termini non potest appellari in regno: imò appellans punitur ad pœnam quinquaginta florenorum auri, & appellatio nō valet, nec retardat executionē. ita de hoc est ritus magnæ curiæ in nu. 6. qui incipit: ite, quod termini & c. iuncto ritu præcedeti, quæ pressè loquitur in causa feudali.
 347 ¶ Tricesimonono limita non procedere in decreto, quo iudex pronūtiat alicquem haberi pro concessō, ex quo noluit com parere ad se examinandum, vt principalem, factō sibi mandato sub pœna confessi. nam à tali decreto nō potest appellari in regno. Verū in vltima citatioe, quæ fit, debet inferri totus tenor articulorū. ita de hoc est ritus magnæ curiæ in nūme 250. qui incipit, item seruat ipsa curia, quod si quis & c. Quid autē fit de iure communi: vide Philip. Decium in cons. xxxij. co. 348 ij. in princ. ¶ Quadragesimo, limita non procedere in eo, qui

est cōuictus de furto manifestō: quia non potest appellare secundū Andr. de Yser. in titu. que sint rega. ver. & bona. & c. col. ix. ¶ Quadragesimoprimum, limita non procedere, quando certa pœna irrogatur à lege pro aliquo delicto, & condemnatus de illo delicto fatetur se deliquisse, sed decet se grauari: quia est nimis magna pœna, & propterea appellatiō nā talis appellatio nō admittitur secundum Andr. de Yser. in constitu. intentionis. co. fi. vbi: ponit exemplum, de pœna portationis armorū. Et potest hoc suaderi ratione: quia tunc iudex exequitur legem: quo casu non appellatur: vt dixi suprâ, primò in xxxvij. fallentia. & est generalis regula in iure, quod à lege generali appellari non potest. facit. l. prospexit. ff. qui & iudicibus. & vide Fely. in ca. cum non ab homine. col. pen. & si de iudiciis. ¶ Quadragesimosecundū, limita non procedere in mandato factō alicui, vt declararet an scriptura sit sua: quia appellare non potest, secundū Bal. in cons. cccxxx. in iij. volum. ¶ Quadragesimotertio, limita nō procedere, quâdo ordinarius delegauit aliquâ causam, & postea talem delegationē reuocat: quia à tali reuocatione non potest appellari: eo quod istud de pœdet ex mero arbitrio & autoritate delegantis. Iudiciū soluitur. ff. de iud. ita tenet Bal. in cō. 352 iij. in v. vol. ¶ Quadragesimo quarto,

quartò, limita non procedere, quando aliqua causa est commissa conscientie alicuius: quia ab eis sententia lata secundum suam conscientiam, non potest appellari: glo. est c. statutum. §. affessorum de rescript. lib. vi. & tenet Pet. Phil. Corn. in cõf. clxxxviii. colum. ij. in litera C. in iij. volu. de cuius tamen dicti veritate, videtur Bal. in l. j. C. de rebus credi. & Pet. Philip. Corn. in decisio. conf. clxxxvij. circa finem. & videtur plenè per Fely. in cap. super his, columna quinta. de accusa.

353 * Vbi etiam plenè tangit, quid si causa committitur arbitrio iudicis: utrum tunc possit appellari ab eius sententia? & ponit regulam quòd sic, cum nonnullis fallètiis: de quibus ibi per eum. & per eundem Fely. in c. significata.

354 fti. el. j. de homicidio. ¶ Quodragèsimoquinto limita generaliter in omnibus casibus, in quibus aliquod committitur a lege, vel à superiore in potestate iudicis, & non in necessitate: ut quia potest aliquid facere, si vult, non tamen tenetur: iuxta l. non quidem illud. ff. de iudic. quia tunc si iudex illud non facit, non potest appellari, ex quo facere non tenebatur: secundum Fely. in c. f.

355 per his. co. v. de accusa. ¶ Vltimo pro complemento huius materiam, scias, quòd in omnibus casibus prædictis & aliis, quae in iure reperiri possunt, in quibus non potest appellari à sententia diffinitiva, semper potest appellari

ab interlocutoriis, quae emergunt ante sententiam diffinitivam, etiam de iure civili: & ratio est, quia earum gravamen non speratur posse reparari per appellationem à diffinitiva: cum ab illa non possit appellari: ita multum notanter tenet Ang. in consil. xlvi. §. cõf. clxxxviii. ¶ Item omnes leges, quae prohibent appellationem, sunt odiosae: cum sint contra regulas iuris communis, quae permittunt regulariter ab omni actu appellari: & ideo restringi debent, prout possunt: sic eundem Andra. de Yser. in ca. j. versiculo & bona. & c. colum. decima: quae sunt regulae sequitur quinta quaestio principalis.

VENIO ad quintam quaestionem principalem: & quæro, 357 iuxta ordinem præpositum, ad quem iudicè appellari debeat. super hac quaest. pono regulam generalem: quòd appellatio debet fieri à minori iudice, ad maiorem, proximum, & immediatè: non autem potest fieri ad aequalem, nec ad inferiorem, nec ad alium superiorem distantem & non proximum: quia non potest appellari regulariter, obmissio medio: ita hæc omnia tenet Specu. in tit. de appel. §. nunc tractemus. in princ. & dixi supra in ij. quest. principali in principio. hoc est text. in Imperatorum. ff. de appel. & not. Ioan. de ana. in consil. ij. lista ergo sit prima regula, quòd appellari debeat gradatim: & sic ad proximum

358 mum superiorem: ut plenè traditur in c. dilecti. el. iij. de app. & in c. consti. capitaneorum. ¶ Istam regulam limita primo non procedere, quòd appellatur ad papam: quia semper potest appellari à quocunque iudice ad papam obmissio medio: & hoc de iure canonico. text. est in c. ad Romanam. secunda. q. vj. & in c. si duobus. & c. sollicitudinem. de appella. & not. Specu. in d. §. nunc tractemus. in princ. & Phil. in c. si duobus. col. pen. & in d. c. dilecti. el. iij. vbi plenè. Secus est de iure civili: quia non potest appellari ad principem obmissio medio. per d. l. imperatores. ff. de appella. & tenet Ioan. de ana. in d. cõf. sil. ij. & Socin. in consil. xxxix. co. iij. in iij. volu. & docto. in d. c. si duobus. & d. c. dilecti. imò, quòd sit appellatio, obmissio medio de iure civili, censetur facta ad proximum superiorem: secundum Bal. in consil. xix. in iij. volu. & Socin. in d. consil. xxxix. co. iij. per l. j. §. si quis i appellatio. ne. ff. de appel. & Phil. in d. c. dilecti. in iij. colum. versiculo. conclude & c. per Andra. de yser. in d. consti. capitaneorum. ¶ Istud tamen, quòd dixi posse appellari ad papam, obmissio medio, limita in vno casu, scilicet, quòd delegatus papae causam subdelegat: aliquid sibi reservado: quia tunc à sententia subdelegati non potest appellari ad papam, sed debet appellari ad delegantem: text. est, & ibi Gemi. in c. si dele-

gatus. §. fin. de offi. deleg. lib. vj. & habetur in c. cum te. & c. super quaestionum. §. porro. de officio. delega. & per Philipp. in c. si duobus. colum. penul. vers. sed limita & c. de app. ¶ Quae autem sit ratio diversitatis inter ius civile & ius canonicum: quare alteri permissio appellari ad principem obmissio medio, & alterum nonvide Specu. in tit. de appel. §. nunc tractemus. colum. j. ¶ Et prædictam limitationem intellige & declara, dummodo excipiatur, quia tunc non valet appellatio ad papam obmissio medio in casu præposito: nec devoluit negotiū, stante exceptione opposita. Secus si non opponitur: quia tunc tenet appellatio, etiam in dicto casu ad papam: secundum Philipp. in d. dilecti. el. iij. col. vj. versiculo. decima, & c. cum sequenda. de appel. & Archidia. in c. si delegatus. & ibi etiam Gemi. col. iij. versiculo. sed quid si. & c. de officio. delega. lib. vj. per doc. de rota in deci. ccc. lxxxvij. quae incipit, si tres sunt & c. in nouis. & videtur de sex pulchras declarationes datas ad d. c. si delegatus. & ad hanc proximam limitationem per Philip. in d. ca. dilecti. col. vj. ¶ Secundo principaliter limita non procedere in legato papae: quia similiter ad eum potest appellari, obmissio medio: secundum Abb. in d. c. dilecti. col. pen. vers. extra glo. & c. & ibi etiam Philip. col. vj. vers. octava limitatio & c. & Philip. in d. cap. si duobus colum.

col. pen. de appel. vbi idem dicit in Patriarcha ad que potest appellari obmisso medio. & idem tenet in d. c. dilecti. column. vj. versic. nona limitatio & c. secundum Inno. in c. cantiqua. de priuil. & Spe. in d. s. nunc tractemus.

361 versic. & nūquid & c. Tertio limita non procedere in scholastica ex speciali privilegio sibi concessio per imperatorem, per auth. habita. C. ne fil. pro. pa. potest scholaris appellare à quocumque iudice inferiori. ad imperatorem. obmisso medio, etiam de iure ciuili. ita tenet Bal. in d. auth. habita. col. iij. versic. deinde sequitur & c. vbi dat duas specialitates scholaribus contra ius commune. Prima est, vt possint ad omnia grauamina appellare: quod iure ciuili regulariter est prohibitu, per l. ij. ff. de app. recip. Secunda est, vt possint appellare ad principem obmisso mediis: & istud dictum sequitur Philip. in d. c. u. duobus. col. pen. in fi. & Alex. in l. j. §. ij. quis in addi. ad

362 Barto. ff. de app. ¶ Quarto limita non procedere, quando fieret appellatio, obmisso medio, & non opponeretur, quia pro dicit appellatio, & valet processus, quia videntur partes consentire, & iurisdictionem prorogare, secundum Philip. in d. c. dilecti co. ij. ver. in eadem & c. & ibi etiam Abb. in iij. col. ver. excipitur, & c. Gem. i. c. si delegatus. col. iij. de off. deleg. li. vj. & Rota in deci. 37. incip. si tres. in no-

363 vis. ¶ Quinto limita non procedere, vbi extaret consuetudo appellandi, obmisso medio: quia tunc valet appellatio auctoritate consuetudinis. text. est in c. Romana. §. j. de app. lib. vj. & est gl. in d. c. dilecti, & ibi Philip. in iij. col. versic. secunda limitatio, & c.

364 ¶ Sexto limita in omnibus casibus, in quibus proximior medius esset inhabilis vel ratione suspicionis vel excommunicationis vel alterius inhabilitatis: quia tunc eo obmisso potest appellari ad alium superiorem, & potest esse exempli, quando episcopus recusatus, vt suspectus, delegat causam: quia tunc à delegato non appellatur ad eundem episcopum delegatum, propter suspensionem, sed potest adiri alius superior, obmisso medio, secundum Abb. in c. dilecti. col. pen. versic. nonus casus, & ibi etiam Philip. column. v. versic. vj. & versic.

365 seq. ¶ Septimo limita, quando episcopus ligaret cum eius subditio: quo casu eligitur arbitri: nam à sententia istorum arbitrorum, non appellatur gradatim, sed ad papam. glo. est in c. ab arbitris. de off. deleg. lib. vj. & not. Abb. in d. c. dilecti. col. pen. & ibi etiam Philip. in iij. col. ver. tertia & c. idem est, quando appellatur ab arbitris electis super recusatione suspecti, vt d. c. ab arbitris & c. cum cessante. de app. ¶ Octauo limita, non procedere hodie in regno: quia potest à quocumque iudice appellari

lari ad regiam vel ad magnam curiam vicarij, obmisso medio, vt est constit. regni, quae incipit, cum noua. & ibi glo. & Mar. de afflict. in fi. col. Probatur etiam in 369* constit. appellationum tempora, & per hoc videtur esse in regno correcte dispositio l. imperatores. ff. de app. vt dicit gl. in d. c. sicut. cum noua. & not. And. de Yser. in c. costi. officiorum. ¶ Nono limita non procedere, quando delegatus principis subdelegat rotam causam, nihil sibi referuando: quia tunc à sententia subdelegati appellatur ad principem, obmisso medio. Secus, si subdelegans aliquid sibi referuat. text. 370 rü. ¶ Limita primo hoc procedit in c. super questionibus §. porro. & ibi Abb. & doc. de off. deleg. Secus est in subdelegato inferioris à principe: quia tunc appellatur ad ipsum subdelegatum, secundum Fely. & doct. in d. §. porro. & Spec. plene in tit. de appell. §. nunc tractemus. col. ij. & iij. quod an sit verum, & quomodo procedat, vide quae dixi supra in iij. parte. in v. distinctiorum. versic. iij. differunt, & c. vbi posui veram conclusionem.

373 hac materia. ¶ Decimo limita non procedere, quando proximus superior esset absens, longum impedimento impeditus: vel quando simul cum inferiore iudicauit, quia tunc appellatur ad alium superiorem, obmisso medio, secundum Bartol. in l. j. §. quis. col. iij. ff. de appel. plures alias limitatione poterit videre per Abb. & Phi. in d. c. dilecti. & per Fely. in d. §. porro. col. fin.

SECVNDA principalis, regula in hac materia est, quod sententia vicarij sui substituti, non appellatur ad substitutum: puta episcopum, ex quo est idem tribunal, sed appellatur ad superiorem substituentis: vt est text. secundum vnum intellectum in l. j. §. ab eo. & ibi Bart. ff. quis & à quo appel. & Barto. in l. praecipimus. in princip. C. de appel. & text. cum glo. in cap. Romana. de appel. li. vj. & in c. non putamus. de consue. libr. vj. & per Andr. de Yser. in costi. officio.

374 ¶ Limita primo hoc procedit in c. super generaliqua ille dicitur habere ordinariam iurisdictionem, quam habet episcopus. Secus, si esset aliquis deputatus vicarius particularis in vna causa tantum: vel in vno loco particulari dioecesis: qui dicitur vicarius foraneus sui ruralis: quia tunc dicitur iste vicarius habere delegatam iurisdictionem, & ab eo potest appellari ad episcopum: vel ad alium substituentem, seu ad vicarium generalem: vt not. Cald. in consil. ij. in ritu. de appel. & habetur in d. c. Romana. & ibi Gem. & doct. & not. Card. in clem. ij. in xxij. q. de rescript. per ea quae not. gl. in d. clem. ij. in versic. foraneo. & Gem. in c. j. in ij. q. de off. ord. lib. vj. & Fely. in rub. de off. delega. column. fi. & Alexand. in rub. ff. de offic. eius, cui man. est

iusdli.in penul.col.in princ.& Ange.in d.l.præcipimus.& dixi plenè supra in v.diffinè iudicio
 371 rum.& ibivide.¶ Secundo, limita procedere in appellatione, secus in restitutione in integrū vel nullitate: quia potest intetari coram episcopo.& econtra à sententia episcopi coram vicario. secundum Philippum. in d.c.
 372 dilecti.in x.& xj.q.¶ Tertio, limita nō procedere in vicario principis: quia ab eius sententia appellatur ad principē, ex quo non reperitur alius superior, secundum Phil. in d.ca.dilecti.in
 373 vj.q.¶ Quarto, limita procedere in his, quæ de iure communi spectant ad vicarium: quia dicitur ordinarius. Secus in his, quæ nō veniūt in generali commissione vicariatus: nisi specialiter committantur: prout sunt causæ criminales, & cōferre beneficiorum, & similia. quia in his dicitur delegatus, & ab eo appellatur ad episcopum committentem. ita dicit Fel. in c. licet. col. iij. de offi. ordi. & in rubr. de offi. delega. col. fin. per ea, quæ habentur in c. iij. & c. h. de offi. vica. li. vj. & dixi plenè supra in v. distin. iudiciorum. in j. & ij. char.
 374 ¶ Et quia supra in precedenti limitatione dixi, quod à vicario particulari potest appellari ad vicarium generale: per hoc videtur extare cōclusio, quod à delegato episcopi potest appellari ad vicariū episcopi. Quod tamē intellige procedere, quan

